


79

8



2d.z.

+



2
7!
DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS
DE
FISCIS
VIDUARUM

VON
Wittben-~~W~~asten/

QVAM
EX DECRETO ET AUTORITATE ILLUSTRIS
IUDICUM ORDINIS
IN ACADEMIA LIPSIENSI
PRO
LICENTIA

SUMMOS IN JURE HONORES AC PRIVILEGIA
OBTINENDI

d. Jun. Anno MDCCIII.
IN AUDITORIO IUDICUM
H. L. Q. C.

publicæ eruditorum disquisitioni subicit

GOTTLIEB AVGVSTVS
JENICHEN,

LIPSIENSIS.

LIPSIÆ,

Literis JOH. CHRISTOPH. BRANDENBURGERI.





7!
DISSERTATIO
DE
FISCIS VIDUARUM
von
Wittben = Rasten.
§. I.



iduas inter personas miserabiles esse referendas, tristis rerum experientia cum Imperatore Constantino M, in *l. un.C. quando Imp. int. pupill. vel viduas vel alias miserabiles personas* &c. satis eloquitur. Quo miserior autem & durior earum sors est atque conditio, eo magis necessaria quoque sunt beneficia atque privilegia honestissima, quibus iis inter pia solamina succurratur. Defraudanda proinde suis nunquam est laudibus eorum pietas, qui vel lauta viduis beneficia atque privilegia constituunt, vel constituta novis hinc inde beneficiis augere ac integra perpetuo conservare allaborant. Neque enim frustra, sed utilis potius in omne ævum labor eorum est atque pietas, quum beneficiorum, quibus luctuosæ viduarum sorti ac miseræ pie consulitur, remuneratione in largissimam dudum certo pollicitus sit Deus *Deut. XXIV. 19. Job. XXIX. 13.* quam contra frustra expectant, qui vel viduarum curam frivole negligunt, vel ipsas

Iudibrio ubique habent atque contemptui, *Exod. XXII, 22. Job. XXIV. 21.* parum memores dicti Apostolici *Jac. I. vers. ult. Cultus Dei purus & impollutus apud Deum & Patrem hic est, invisere orphanos & viduas in tribulatione earum.*

§. II. Sane a primis propemodum mundi initiis, maxime vero post Israelitarum ex Ægypto exitum, ipsum Deum, *viduarum judicem Ps. LXXIII. 6.* curam earundem Israelitis suis serio, & id quidem, insolennis ex Ægypto durissimæ servitutis carcere deductionis memoriam, demandasse ex *Deut. XXIV. 19. seq.* satis elucescit. Legem enim, sanxit ibi Deus misericors ac sapientissimus, ut *viduis*, pupillis & peregrinis res in agro, horto, vinea &c. derelictas Israelitæ relinquerent. Cui legi Deus aliam *Deut. XXVI. 12. sq.* addidit, qua jus sit, ut decimæ omnium proventuum tertio quolibet anno Levitis, peregrinis & *viduis* distribuerentur. Neque in Pentatevcho solum, sed & alibi *Jerem. videlicet. XXII. 3. it. XLIX. 11.* viduarum curam Deus omnibus piis sedulo commendavit. Dolendum saltem, quod optimæ Israelitarum in viduarum gratiam sanctitæ leges non diu inter ipsos viguisse, aut solummodo, prout fas piumque erat, non ubique observatæ videantur, quum Prophetæ sanctissimi *Esaias I. 23. it. X. 2, Ezechiel XXII. 7. & 25.* viduarum curam maxime necessariam frivole nimis negligi, tantopere lamententur.

§. III. Quemadmodum autem in qualibet olim Judæorum Synagoga ex testimoniis Autorum, qui de Synagoga Judaica & moribus Judæorum scripserunt, tres constituti erant Diaconi seu Eleemosynarii, qui viduis omnibusque pauperibus certam statis temporibus portionem ex arario publico distribuere jubebantur *vid. Lightfoot, Hor. Hebr. in Evang. Matth. IV. 23. p. 249. sq. ed. Lips.* Ita & in primitiva Ecclesia sancti Apostoli, pleraque sua instituta ex Judæorum moribus recipientes *vid. Ziegl. de Diacon, cap. XI, §. 11. Spencer.*

cer. de LL. Hebraeor. ritual. passim, *Vitringa de Synagoga Veteri prolegom. c. 1. p. 16. & c. III.* certos quosdam probatae fidei & pietatis viros, Diaconos itidem ipsis dictos, ad distribuendas inter viduas pauperesque publicas collectas constituebant, ex quo, numero Christianorum aucto impares se amplius istu muneri, quod hucusque simul gesserant, deprehendebant, soli verbi officio imposterum vacaturi *Act. IV.* Deinde & illud Acta Apostolorum nos edocent, quod non tres tantum, qui Synagogae mos erat perpetuus, sed septem, ob pauperum multitudinem, jussu Apostolorum, a toto neoconversorum coetu, eleemosynarii seu Diaconi electi, iidemque solenni manuum impositione ad munus istud pium ab ipsis Apostolis confirmati fuerint. *Ziegl. c. 1. c. 4. §. 6. j. c. 5. §. 1, 3. & 6.* Atque his septem Diaconis non pauperum tantum in universum, sed viduarum inprimis *vid. Ziegl. c. 1. c. III. §. 10.* ibique adductus *Oecumenius in Collectan. ad Acta, it. Arnold. in der Abbildung der ersten Christen lib. III. cap. 11. §. 1. & 2. Micrel. Hist. Eccles. l. 2. sect. 2. verb. Diaconiarum* demandatam fuisse, gravissima Hellenistarum testatur mormuratio, qua viduas suas Hebraeorum viduis postponi, atque quotidianarum eleemosynarum raro nimis participes fieri, indignabundi publice conquerebantur. Cui malo ut mederentur sanctissimi Apostoli, septem probatae fidei & pietatis viros, Stephanum, Philippum, Prochorum, Nicanorem, Timonem, Parmenam & Nicolaum, a toto Christianorum coetu electos, & suarum manuum impositione confirmatos, piam & providam pauperum in universum, & inprimis viduarum, curam sedulo habere jubebant. Atque hos septem viros, pauperum omnium & viduarum in Ecclesia Hierosolymorum primava curatores, ab ordinariis Ecclesiarum Diaconis, qui Episcopo & Presbyteris ministrabant, & quorum Paulus in Epistolis ad Philipenses & Timotheum meminit, fuisse distinctissimos *Cl. Vitringain Synago-*

nagoga Vetere lib. III. Part. II. cap. 5. p. 921. fgg. paucis abhinc annis contra *Baronium & Cave* prolixè & doctè demonstravit.

§. IV. Ab Ecclesia Hierosolymitana *διακονία τῶν πτωχῶν* seu ministerium septem œconomorum per Anacletum, Papam, circa annum Domini LXXXIII. in Ecclesiam Romanam est traductum. Siquidem Anacletus Romanæ suæ Ecclesiæ regimen Hierosolymitanæ Ecclesiæ regimini conformaturus, itidem septem pauperum Diaconos seu curatores Romæ sua ætate constituit. Habetur ea traditio in Pontificali Damasi, quod utut plerique Historiæ Ecclesiasticæ scriptores opus supposititium esse perhibeant, à *Vitringa* tamen *c. 1. p. 928.* atque *Sveurio Histor. Eccles. ad A. LXXXIII.* non plane reprobatur.

§. V. Post ea tempora pârûm vel nihil de ministerio septem istorum Ecclesiæ œconomorum seu pauperum curatorum scriptores Ecclesiastici commemorant. Ac tantum quidem abest, ut laudabilem istam institutionem diu sartam tectamque conservatam fuisse credam, ut potius paulo post eam neglectam esse, imo penitus iterum evanuisse, suspicer. Exoriebantur enim cum nata non ita pridem atque jam adulescente Ecclesia persecutiones Christianorum primitivorum dirissimæ, quæ sicut stabilem nullibi atque fixam iis permittebant sedem: Ita & inter ædium sacrarum everfiones arariis publicis atque arcis, in quibus collectæ pro pauperibus & viduis pecuniæ asservabantur, ruinam afferebant atque interitum.

§. VI. Sepulta propterea inter cineres & in ipsis veluti martyrum sepulchris jacebat ubivis fere sub Domitiani, Diocletiani, cœterorumque persecutorum tyrannide per duo propemodum secula pia & necessaria maxime viduarum & pauperum quorumvis cura, usque dum Constantinus M. primus Imperator Christianus haleyonia dabat Ecclesiæ, & pia primævorum Christianorum instituta, mores & privilegia, lau-

laudabili conatu renovabat. Extruebát Constantinus nova templa, & gentiliúm fana atque delubra contra destruebat: Innumeros pene sacrarum rerum ministros constituebat, & ecclesiis, ad alendos pauperes ministrosque sacros, de dotibus & opibus prospiciebat sufficientissimis. Et ab eo tempore viduarum quoque cura magis magisque cordi iterum esse jubebatur Episcopis & Diaconis, *conf. dist. LXXXVII. pr. c. 1. sq.* eaque inter novas hinc inde beneficiorum & privilegiorum accessiones a posteris ad posteros inter Christianos propagabatur.

§. VII. Quo tempore piissimus viduas per certa beneficia atque privilegia alendi mos in Saxoniam nostram translatus fuerit, nulla adsunt vestigia & testimonia certissima; Nihilominus tamen jam seculo decimo sexto fiscos viduarum hinc inde constitutos adfuisse, facili negotio ex antiquis monumentis & documentis ostendi posset, nisi jam, missa fiscorum vidualium origine, longius alia dáta occasione eruenda, eorundem constitutionem, conservationem, jura & privilegia repetere & evolvere heic juberemur.

§. VIII. Quod negotium dum aggredimur, ante omnia vel tribus monemus, vocem Fiscus viduarum diverse modo accipi. Denotat enim quandoque (1.) *Locum*, cassam sive arcam, in qua pecunia certa certis viduis distribuenda asservatur. (2.) *Pecuniam ipsam*, quæ eum in finem custoditur, (3.) *Ordinationes* atque *leges* de collatione & administratione ejusdem pecuniæ confectas. (4.) *Personæ* tum pecuniam *conferentes* in fiscum viduarum, tum *percipientes* ex eo fisci nomine haud raro veniunt, & tandem (5.) *Beneficium quoddam* viduis certis intuitu certæ pecuniæ a superiore e.g. Principe aliove donatæ, vel a maritis suis collatæ concessum, fisci viduarum appellari consuevit. Et hic ultimus significatus in hac dissertatione præprimis sibi vindicabit locum.

§. IX. Appellantur fisci viduarum in genere alio nomine

sen

ne fisci viduales, v. **Born** *W. R. D. sub initium c. 1.* *Castæ vidua-*
les, fisci fraternitatis, Schilter. Instit. Jur. Canon. l. 2. tit. 6. §. 25.
Carpz. Jurispr. Conf. l. 2. d. 329. n. 2. German. *Witten-Cassa*
v. Magdeburg. Hamb. W. R. D. sub. rubr. Witten-Ka-
sten *Carpz. c. 1. Witten-Stiftungen/ v. Hamburg. W. R. D.*
in prefat. In specie fisci viduales clericorum alibi vocantur
araria diocesiana, M. Christ. Schüs. diss. de benefic. atque pri-
vileg. pastor. n. 165. alibi *araria pastoralia vidualia, v. Manns-*
feld. W. R. D. sub. rubr. alibi fisci ecclesiastici, *id. c. 1. art. 11.*
 alibi German. *Priesterliches Dehl = Krüglein/ arg. 2. Reg. XVII.*
vers. 13. 14. v. Born. W. R. D. sub. rubr. alibi *Priester = Witten*
Casse, v. Magdeb. W. R. D. in prefat. alibi *Pfarr-Witten*
Kasten *Schilter. c. 1.* alibi *Priester-fiscus v. Altenb. Pr. W. R.*
D. in confirm. alibi Witten Steuer v. Pirn. Zwickau. W. R.
D. in rubr. alibi aliter.

§. X. Fiscum viduarum ita describimus, quod sit be-
 neficium certis viduis a Principe, Magistratu, Collegio, aut
 Fraternitate constitutum per assignationem, donationem, col-
 lationemve certæ pecuniæ summæ per administratores iis distri-
 buendæ ad præstandum Deo debitum cultum & miseriam vidua-
 rum sublevandam. Quum verba hujus descriptionis non
 sint obscura, atque ex subsequentiis clarius evadent, ejus u-
 beriori explicatione hic commode supersedere poterimus.
 De vocabulo *viduarum* tantum annotamus, viduas appellari,
 quæ maritis suis legitimo matrimonio junctis sunt orbata
 conf. *l. f. C. d. indict. viduit.* vel ut Canonista *in c. 16. dist. 34.*
 loquitur: *vidua est, cujus maritus est mortuus* Germ. *eine Wit-*
be / Wittfrau / Nachgelassene / der der Mann gestorben. Quam-
 vis autem virgines in *l. 242. §. 3. ff. d. V. S.* atque uxores, quæ
 virum quidem, sed inutilem habent sec. glossam *in l. f. C. ad*
L. Fab. de plag. viduarum nomine quoque veniant, eas ta-
 men h. l. una cum aliis uxoribus, quæ in improprio signifi-
 catu viduæ vocantur, excludimus. Diximus *viduis certis*, ut
 in-

indigitaremus, non quaslibet viduas beneficii hujus capaces esse, sed tantum eas, quas constituentes fiscum admittere animo deliberato voluerunt, ut infra monebitur.

§. XI. Fiscus viduarum commode dividi possunt I.) in fiscos viduarum *publicos & privatos*. *Publici* dicuntur vel ratione constitutionis, vel ratione confirmationis, dum utraq; sit a superiore e. g. Principe vid. **Dresd. Leipz. Pf. Born. Weisfels. Magdeb. Altenb. Sup. & St. Pr. & Pr. Mannsfeld. Wittb. Rast. Orda.** vel ratione objecti, dum omnes ferme in nonnullis territoriis viduæ fisci sunt capaces. Illustre hujus rei exemplum habemus in nostra Saxonia Electorali, ubi, vi sanctionis Electoris quondam Saxonix munificentissimi *Augusti* piæ memoriæ, ex usuris sortis ad centum mille florenos, ceu *Sigismundus von Bircken* autor, ut creditur, *des Sächsischen Helden-Saals* p. m. 616. testatur, ascendentis & ad viduarum inter Clericos alimentationem hinc inde elocata, omnibus per totum Electoratum Clericorum viduis, quamdiu in viduitate permanent, & honeste vivunt, ut & liberis earum, qui nondum 14. ætatis annum compleverunt, certa pecuniæ, ut vocant, vidualis portio annuatim distribuitur. Exsolvit hanc pecuniam viduis & pupillis Supremum Consistorium Dresdense vel immediate vel mediate per certas personas ad hoc officium constitutas, postquam ipsi testimoniales de morte mariti atque patris nec non ætate liberorum ex calendario Ecclesiastico aus dem *Kirchen-Buche / Tauff-Register* literæ Superintendentis ejus dioeceseos, in qua defunctus sacrum officium obiit, subscriptione munitæ fuerint oblatae atque insinuatæ. *Privati* vocantur, qui a privatis constituuntur & a superiore non sunt confirmati e. g. *der Hamburg. W. R. II.* in fiscos viduarum *ordinarios & non ordinarios*. *Ordinarii* sunt, in quibus annuatim certa pecuniæ summa a constituentibus fiscum eorumque successoribus colligitur atq; viduis statim temporibus secundum normam ordinationum fisci distribuenda asservatur quales sunt **der**
B
Leipz.

Leipzig. St. Leipz. Pf. Mannsfeld. Magdeburg. Altenburg. *Superint. it. St. Pf. Hamburg. W. R. Non ordinarios* appellamus, quando casu aliquo mortis existente certa pecunia pro vidua membri demortui semel pro semper colligitur; quales sunt *der Dresd. Freyberg. Chemnitz. Weisfenfels. Zwickau. Pirn. W. R. III. in fiscos viduarum ecclesiasticos & seculares. Ad Ecclesiasticos* clericorum, item Professorum in Academiis & Gymnasiis, ut & Præceptorum in inferioribus scholis; *ad seculares* laicorum aut secularium viduæ pertinent, Exempla eorum ubivis fere locorum sunt obvia, Præcæteris tamen post Fiscum Academiae Wittenbergenfis huc referri debet recens admodum in Academia nostra Lipsiensi superiori anno constitutus Professorum Fiscus vidualis, ex quo cuilibet eorum viduæ, quantum mihi jam constat, quorannis expectandi sunt 25. thaleri, accrescente fisco subsecuturis temporibus augendi.

§. XII. His ita præmissis modum constituendi fiscos viduales feliciter delineare poterimus. Ad constitutionem vero fiscorum vidualium requiruntur *I. Personæ*, quarum aliæ sunt superiores, aliæ inferiores, *Superiores* faciunt constitutionem in earum viduarum plerumque gratiam, quas vasalli subditive sui post mortem relinquunt, idque aut per modum ultimæ voluntatis, exemplum vid. in *der Altenb. St. Pr. W. R. D.* aut per modum inter vivos. Si ab *inferioribus* si fisco viduarum constituitur, constituitur vel a Collegio, vel a societate seu fraternitate quadam, aut ex solis clericis, aut ex solis laicis aut ex clericis & laicis simul constante, ea fini, quo suis sigillatim, quas morte sua faciunt, viduis Collegæ aut socii, qui in unam fraternitatem coiere, honeste & pie prospiciant.

§. XIII. Quælibet autem *persona regulariter idonea* est ad fiscum viduarum constituendum, quæ (1. *pacisci nec natura impeditur, nec jure legitimisve statutis & pactis prohibetur.* (2.) *jure Collegii gaudet*, nec in societatem recipi vetatur; quæ ex generalioribus juris principiis cognita sunt. Unde is qui alium

lium ad fiscum admittere non vult, ejus impedimentum vel prohibitionem docere teneretur. Præterea nihil interest, an persona constituens uxorem habeat, nec ne, ut ut rariora posteriorum personarum exempla extare, experientia testetur.

§. XIV. Ad constitutionem fisci vidualis requiritur II. ut vel *certa pecuniæ summa* adsit, vel a constituentibus de ea colligenda deliberetur, vel actu colligatur ac bene custodiatur. Quem in finem necessum est, ut III. *certa cassa sive arca*, quæ fisci quoque nomine insignitur, ferreis repagulis atque clavis distinctis, diversisque clavibus recludendis bene munita comparetur v. **Mannsf. W. R. D. c. 2. art. 3.** & tam pecuniæ quâ documentis asservandis inserviat. v. **Altenb. St. Pr. W. R. D. art. 8.** Ubinam hæc cassa custodiri debeat, in ordinationibus fiscorum vidualium mox memorandis communiter disponitur, atque deciditur, quod vel in templis, vel in ædibus superioris sive Præsidis, vel Superintendentis, vel Senioris administratoris, aliòque loco, qui ab insidiis furum & metu incendiarii liber tutusque reputatur, sit deponenda. *conf. Born. c. 5. leg. 5. Mannsfeld. c. 2. art. 3. Hamb. art. 5. n. 3. Szwidau. art. 10. W. R. D.*

§. XV. Succedit nunc IV. requisitum, quod est *confessio Ordinationum atque Legum*, quibus de personis ac rebus ad fiscos viduarum pertinentibus disponitur. Non prolixi jam erimus in quæstione illa præjudiciali, *an tales Ordinationes*, more vulgo recepto, *leges vocari possint, nec ne?* quum plerumque jussu autoritateque superioris, qui leges ferendi habet potestatem, destituantur. Ut enim taceamus, dari Ordinationes, quæ a superiore tanquam legislatore sunt constitutæ, e.g. in Saxonia nostra ab Electore Augusto p. m. de quo supra §. 9. quædam adduximus: aut ab eodem sunt confirmatæ v. **Dresdn. Leipz. Pf. Born. Magdeburg. Weissenfels. Altenburg. Sup. St. Pr. it. Pr. W. R. D.** quas leges vocari posse, nemo negabit *conf. Zuegl. de Jur. Majest. l. 1. cap. 5. th. 17.* Nihilominus tamen

& reliquæ Ordinationes, quæ superioris autoritate factæ non sunt, non absurde leges vocari poterunt. In nostro enim Jure Civili non infrequens esse solet, ut pacta, qualia etiam di-
 ctæ Ordinationes ante confirmationem sunt, dicantur leges /
 23. ff. d. R. 7. quod scilicet eadem obligandi efficacia nitantur,
 conf. Ziegl. cit. loc. th. 16. Hunc improprium verbi sensum,
 quum nonnulli in confectioe Ordinationum de fisci vidu-
 arum animadverterent, in locum vocabuli legum, superiori-
 tatem territorialem in significato proprio arguentis, laudabili
 instituto substituerunt vocem: Conventional-Ordnung/ Con-
 ventionen-Puncte/ Sapungen/ Recess, Articul, angenomme-
 ne/ beliebte Articul, Vereinigung/ aliamque, quæ pacti natu-
 ram exprimere apta est conf. Leipz. Pf. Born. Magdes-
 burg. Hamburg. W. R. D. sub rubricis.

§. XVI. Quum ex deductis satis pateat, leges, de quibus
 hoc loco sermo est, nihil aliud, quam conventiones & pacta
 esse, ex eo quoque fluit, eum ejusmodi leges & Ordinationes
 tantum facere posse, qui (1.) potestatem paciscendi habet (2.) ju-
 re collegii, inque eo jure suffragii gaudet, capax est societatis, &
 in societatem recipi nullibi vetatur, nec non membrum futuri
 fisci esse cupit. Faciunt has Ordinationes partim superio-
 res, ut Principes; partim inferiores. Si Principes eas faciunt,
 res omni caret dubio; sin autem inferiores, faciunt eas vel om-
 nes de Collegio, societate & fraternitate, vel unus plures-
 ve nomine omnium. Hoc facto quando omnes interessentes,
 ut ajunt, Ordinationem confectam quoad omnia capitula
 approbant, res itidem extra dubium est posita: quando vero
 quidam dissentiunt, caute est procedendum, ne alicui fiat in-
 juria. Quem in finem rationes dissensus sunt exquirendæ, au-
 diendæ, ponderandæ, examinandæ, an justæ, an injustæ. Pri-
 ori casu Ordinatio est mutanda: Posteriori laborandum, ut
 dissentientes a dissensu suo abstineant, aut ad minimum arbi-
 trorum arbitratorumve judicio ac decisioni se submittant. De-
 inde

inde considerandum, an dissentientes numero reliquos consentientes superent, an iis pares sint, an lex, de qua convenire nequeunt, concernat id, quod omnibus membris tanquam universis, an vero id respiciat, quod tanquam singulis est commune. Quod si dissentientes consentientibus numero sint superiores, justas habeant causas, & res, de qua est dissensus, singulorum utilitatem vel commodum concernat, lex est tollenda, quæ tamen dissensu nonnullorum non obstante valebit, quando dissentientes consentientibus numero sint inferiores, resque omnibus membris tanquam universis sit communis. *conf. Dn. S. Stryk. Diss. de Jure presentie circa negotia Imper. c. 3. n. 41. sqq. ut. c. 4. n. 57. sqq. Francof. A. 1684. hab.* Ob naturalem enim hominum ad dissentendum facilitatem in negotiis ad universitatem & collegium &c. ut tale pertinentibus recepta est regula, per quam, quod major pars Universitatis, Collegii &c. effecit, approbavitve, pro eo habetur, ac si omnes id egissent *l. 19. ff. ad municip. l. 160. §. 1. ff. d. R. J. c. 1. c. f. X. d. his qua sunt a maj. part. conf. Dn. Engelbrecht disp. de Pluralitate votorum Helmstad. A. 1675. hab. Dn. Mencken. disp. de Statut. non confirm. esse Et ut h. 29. hic Lipsig. A. 1697. hab. j. Brunnem. ad c. 29. d. R. J. in 6to n. 3. sqq.* Si dissentientes consentientibus sunt pares, rem arbitratorum arbitratorumve arbitrio subjiendam censemus. In hoc enim casu Præsidi collegii, Superintendenti, Seniori fraternitatis votum decisivum est denegandum.

§. XVII. De quibus rebus atque negotiis membra fisci vidualis disponere & Ordinationes sive leges facere possint (loquimur verò hic tantum de fisci vidualibus ab inferioribus constituendis) ea fine, ut membra aliosque obligent, sequenti includimus regulæ: *Quodc, negotium pertinet ad Collegium, fraternitatem, societatem, de eo leges & Ordinationes fieri possunt.* Quum hæc regula nimis generalior videatur, ei specialem adjungimus, quæ hæc esto: *Quodc. negotium pertinet ad administrationem ac conservationem fisci vi-*

dualis, de eo membris disponendi potestas non est deneganda: sive clarius: Sine quocunque fiscus viduarum administrari aut conferri nequit, de eo leges faciendi ejus membra liberam habent potestatem. Sicuti vero proprie sic dictæ leges certa sua habent requisita, quibus deficientibus deficit quoque obligatio: Ita ut leges fisci viduarum obligationis vinculo membra aliosque adstringant, sequentia in earum confectione non sunt negligenda. Debent leges fisci viduarum I. esse rationabiles i. e. non repugnare Juri Naturali, divinoque universali. Non pauca primo intuitu Juri Naturali adversari videntur, quæ revera ei non adversantur, ideoque ne quis statim legem aliquam injustam & Juri Naturali contrariam judicet, sequentes apponere lubet declarationes. (1.) *Juri Naturali non repugnant leges fisorum viduarum, quæ singulare odiosumque Jus continent, veluti, quando iis cavetur, ne quisquam extraneorum extra collegium, fraternitatemque fisci viduarum sit capax, vel in eum recipiatur.* conf. **Dresdn.** leg. 3. **Chemnitz.** art. 10. **Mannsfeld.** c. 1. art. 8. **Pirn.** art. 1. n. 3. **W. R. D.** (2.) *Non adversantur Juri Naturali leges, quæ illegitime natos a fisco viduarum excludunt, & tantum legitime natos admittunt die eines guten Nahmens seyn* conf. **Hamburg.** **W. R. D.** art. 1. (3.) *Non violant Jus Naturæ leges, quæ inter membra fisci viduarum aliquam inæqualitatem constituunt* a. l. 32. ff. d. R. J. (4.) *Cum Jure Naturali non pugnant leges, quæ speciale inferunt certis fisci viduarum membris præjudicium, modo hi, quibus nocetur, consentiant* a. l. 29. C. d. pact. II. *Leges fisci viduarum debent tertio, qui non est fisci membrum, nullum inferre præjudicium* a. l. 27. §. 4. ff. d. pact. l. 11. ff. d. R. J. III. *Non debent neque directe neque indirecte fieri contra superioris legem* a. l. f. ff. d. colleg. & corp. l. 9. ff. ad L. Rbod. de jactu l. 28. l. 38. ff. d. pact. Proinde Reservatis Principum & Constitutionibus, publicum interesse respicientibus, non sint contrariæ a. c. 19. X. d. jurej. l. 1. §. 10. ff. d. postul. Aliud statuendum de iis, quæ privatum interesse

con-

concernunt, quippe quod privatorum quoque pactis remitti
 poreft *l. 29. C. d. pact. l. 46. ff. eod. co. f. Excellent. Dn. Menck. cit.
 diff. de statut. non confirmat. effectu th. 14. sqq. Dn. Horn. diff. de
 confirmat. statut. municip. th. 33. Wittenb. hab. A. 1694.*

§. XIIX. Legibus & Ordinationibus confectis, ut eo
 melius de singulorum consensu legumque approbatione con-
 stare possit, necesse vel ad minimum utile judicamus ut V. sin-
 gula filci vidualis *membra sua subscribant nomina* eoque suum
 liberum contestentur consensum v. **Altentb.** Super. **W. R. D.**
art. 2. j. Mannesfeld. W. R. D. c. 3. art. 15. Facit huc Rescrip-
ptum Supremi Consistorii Dresden. sis ad B. D. Cbrist. Reinhardt Su-
perintend. t. t. Pirnensem de dato Dresden den 27. Jan. A. 1660.
verb. Wie haben euern anderweit eingestickten Bericht wegen
Aufrichtung eines Filci vidualis unter euere anbefohlenen Prie-
sterschaft / wie auch was die collatores von Axel und andere dar-
bey eingewendet / verlesen hören; Wann dann daraus zu ersehen/
das beygefügte Foundation von der **sämmtlichen Fraterni-**
tät nicht unterschrieben und ihre einhellige Meynung und
richtige Erklärung hierüber eingehohlet = Als ist hiermit an Stat
Ihrer Ehrfl. Durchl unser Begehren/ ihr wollet dieser Punct-
nach dessen Erlolgung die Foundation aufs reine ausfertigen/ und
von der ganzen Fraternität unterschreiben lassen/ und
uns sodann solche zur Confirmation anhero übersenden zc. Hac
subscriptio & ad hoc conducet, ne membra deinde ignoran-
tiam legum eveniente casu præterdere queant. Siquidem
quilibet existimatur illud scire, quod sua subscriptione corro-
borare haud fuit veritus *a. l. 6. l. 9. §. 2. ff. d. jur. & fact. ignor.*
l. 1. §. 1. C. de fals. mon. & si nihilominus eas ignoret, impu-
teret sibi ipsi hanc oscitantiam, & quam eam ob causam in-
*curri, meritam multam *a. l. 203. ff. d. R. J.**

§. XIX. Subscriptionem ordinarie antecedere solet
 VI. **Publicatio Ordinationis s. Legum.** Eam quandoque plane
 omitt-

omitti probe quidem noro, neque ego eam pro necessario constituendi fisci vidualis requisito vendito, sed salva legum validitate omitti posse assero, Attamen svasor essem, ut in confectione Ordinationum haud negligatur *a. l. 9. C. d. LL.* Id enim inter alia commodi habebit, ut statim a tempore publicationis Ordinationes sive leges singula membra obligent. *a. l. f. ff. d. decret. ab ord. fac. j. l. 65. C. d. Decur.* nisi alium obligationis terminum a quo, ut Philosophi ajunt, ea determinaverint, quod omnino notandum. Et sic simul innuimus, a quo tempore vis ordinationum se exferat. Loquimur autem hic tantum de obligationis termino in constitutione fisci vidualis observando; qui enim sit terminus obligationis in successoribus infra demonstrabitur.

§. XX. Membra fisci vidualis Ordinationibus & legibus de eo confectis obligari a tempore publicationis regulariter, in antecedenti modo §. asseruimus. *An autem extranei, qui non sunt membra fisci, iis quoque obligentur, de eo jam dispiciamus?* In hac quaestione decidenda leges conceptas *in personam, in rem & mixtas* discernendas existimamus. Quoties *in personam* sunt conceptae i. e. qualitatem tantum eam, quod hi, de quibus disponitur, pertineant ad fiscum, considerant, *extraneos* ab earum obligatione *immunes* judicamus, ne leges ultra intentionem condentium operentur *a. l. 19. ff. d. R. C.* Contra legibus *in rem conceptis* i. e. quae de re tantum disponunt, non habito ad personam respectu, sive ea sit fisci vidualis membrum sive non *extraneos devinciri* non temere adstruimus *a. l. f. C. ubi in rem, act. l. 16. C. d. praed. & al. reb. min. Dec. Bl. 54.* Personalibus & realibus jungimus *mixtas*, quae de personis & rebus disponunt, atque hae ad extraneos tum demum obligandi virtutem porrigere arbitramur, quando *ex circumstantiis* colligi potest, de quibusvis etiam extraneis obstringendis actum esse *a. l. 7. §. 8. ff. d. pact & agi jure potuisse conf. Dn. Hopp. disp. de*

de obligat. statut. c. 3. § 4. J. S. Stryk. diff. de Jure sing. fœmin. Hamburg. c. 1. §. 1. Hale Anno 1702. hab. In realibus autem & mixtis superioris confirmationem, nisi ab eo fuerint constituta & confecta, requirimus.

§. XXI. Quæ ut eo melius intelligantur, jam de confirmatione Ordinationum fisorum vidualium, quæ haud infrequenter adhibetur, quædam hic dicenda erunt. Confirmatio hæc ut plurimum ab ipso Principe vel immediate vel mediate e.g. in Consistorio expeditur, ipsique soli videtur esse adscribenda, nisi inferior Magistratus speciale aliquod privilegium, concessionem aut immemorabilem præscriptionem a. c. 26. §. præterea X. d. V. S. docere possit, quod & haud obscure innuant verba confirmationi inseri solita: Confirmiren und bestätigen auch solchen aufgerichteten Wittben. Fiscum mit denen Legibus aus hoher Landes-Fürstlicher Macht und Gewalt hiermit und Krafft dieses r. v. Swickau. W. R. D. it. Als confirmiren und bestätigen vermöge uns zustehender Jurium Ecclesiasticorum wir vor uns und gedachter Unser Herrn Bettern Ed. Ed. Ed. diese obgenandte Conventional-Ordnung des ararii &c. v. Mannsfeld. W. R. D. it. ratificiren / confirmiren und bestätigen Krafft des uns zustehenden Iuris Episcopalis mehr erwehnten Recess &c. v. Magdeb. W. R. D.

§. XXII. Etsi autem Ordinationes fisorum vidualium absque confirmatione Superioris valere possunt, atque ad minimum in vim pacti membra fisci obligant a. l. 2. §. f. C. d. constit. pecun. l. f. ff. d. coll. § corpor. conf. Zahn. de Jur. Munic. c. 37. n. 8. Ziegl. de Jur. Maj. l. 1. c. 8. tb. 18. Dn. Menck. cit. Disp. de Statut. non confirm. effect. tb. 22. Attamen consultius semper erit, confirmationem Superioris decenti reverentia implorare. Ita enim Superiori promtus ad obsequium animus ostenditur, refractariis ansa impugnandi Ordinationes præciditur, litibus obex ponitur, & tandem id obtinetur, ne Superior eas sine ratione magna & justa improbet: adeoque vel maxime ad

C

meli-

melius conducet confirmatio, *conf. Ziegl. in comment. ad Statut. Wittenb. de success. conjug. §. 18. Zahn, c. l. c. 34. n. 2. & 4. v. Dreßdn. W. R. D. leg. 14. Mansfeld. W. R. D. c. 3. art. 15.* Quamvis quandoque casus quoque emergere possint, ubi tantæ confirmatio Ordinationis fisci vidualis est necessitatis, ut ea non adhibita ejus tota pene vis corruat; scilicet quando in ea de extraneo obligando actum, vel simile constitutum, quod a Superioris solummodo voluntate auctoritateque dependet. Illud quoque h. l. non pratermittendum arbitramur, confirmationem Ordinationum fiscorum vidualium (1.) fieri quandoque proprio, quandoque alieno nomine. Alieno nomine expeditur confirmatio, quoties v. g. Princeps in pupillari aut minorenni ætate adhuc degit, exemplum vid. in dem **Mansfeld. & Altenb. St. Pr. W. R.** it. quoties Princeps absens est e territorio, & penes alium administratio territorii residet. (2.) fieri vel ab initio vel ex post facto, quæ ut plurimum eam ob causam differtur, ut membra experiantur, an leges fisco expediant, nec ne, atque eas mox mutare opus non habeant, v. **Chemnitz. W. R. D. art. 15.** (3.) confirmationem Ordinationum fisci vidualis clericorum fieri quoque posse sede Episcopali vacante, quod exinde elucescit, dum inter effectus sedis Episcopalis administratio & exercitium Jurium Episcopaliæ ad Episcopatum vacantem pertinentium connumeratur, vid. *Linck. de Iur. Episc. c. 4. n. 87. it. G. L. Sventendo. ff. disp. inaug. de sede Episcop. vacante th. 8. n. 9. 5. hic Lipsia hab. A. 1699.*

§. XXIII. Quodsi Ordinationes fisci sunt confirmatæ, quæstio emergit: *An inconsulto Superiore, qui illas confirmavit, mutari possint?* Resp. aut necessitatis aut melioris auctoritatis gratia confirmatio Superioris est adhibita. *Priori casu absque consensu Superioris membra circa Ordinationes nihil immutare possunt, quum Ordinationes post confirmationem perinde ac statuta civitatum municipalium naturam legis induant,*
conf.

conf. Ziegl. de Iur. Majest. l. 1. c. 5. th. 17. Jam vero leges a Superiore latas inferiores immutare prohibentur, Superiorem tamen has Ordinationes, si correctio necessaria vel utilis, revocare posse, nullum est dubium: quod cum primis tunc procedit, quando expresse Superior in literis confirmatoriis potestatem revocandi sibi reservavit, v. **Mannsfeld. W. R. D.** in confirmatione. *Posteriori vero casu*, si melioris auctoritatis gratia Superioris confirmatio tantum est adhibita, membra fisci pro libitu ipsas Ordinationes iterum abrogare poterunt, nisi hac potestate se exuerint atque Ordinationes sine præcitu Superioris mutare nolle promiserint, quod factum in der **Leipz. Pf. W. R. D. c. 5. leg. f. conf. Dn. I. S. Stryk. disp. de confirmat. Princip. cap. 2. §. 10. Halæ A. 1695. hab. Dn. de Lyncker, Diss. de Statut. civit. provinc. th. 8. Ienæ A. 1679. hab.**

§. XXIV. Perlustravimus hactenus fiscorum vidualium constitutionem: ordo igitur nunc postulat, ut ad conservationem eorundem quoque properemus. Ast antequam id fiat, lubet prius quæstionem eam evolvere: *An in constitutione fisci vidualis clericorum consensus Patronorum, der Kirchen-Patronen / so daß Jus Patronatus über die Kirchen haben / und die Priester vociret / sit necessarius?* Nihil frequentius est in constituendis his fisci, quam ut in legibus simul de certa pecuniæ summa e. g. uno Joachimico vel dimidio annuatim, aut vidua facta ex bonis singularum ecclesiarum in fiscum viduarum communem inferendo caveatur. **conf. Leipz. Pf. c. 2. leg. 4. Chemnitz. art. 2. Weiffenfelß. c. 2. art. 2. Mannsfeld. c. 1. art. 12. W. R. D.** Ut proinde ad propositam quæstionem vel uno verbo respondeamus, *Patroni consensum* in constituendis ejusmodi fisci *necessarium* omnino censemus. Adduci hic merentur *verba Ordinationis fisci vidualis clericorum in Dioecesi Pirnensi art. 7. in f.* Und damit solche Foundation der Wittben und Waisen Steuer und vorgehende Articul von allen und jeden unserer Fraternität steiff und fest gehalten werden mögen / über

bergiebet dem Hochlöbl. Ober-Consistorio dieses die ganze Fraternität in aller Unterthänigkeit bittende / daß die Hochwürdigem zc. Herrn Präsident, Räte und Assessores desselben hochgeneigt geruben/solche unsere Stiftung und Artickel zu confirmiren/ auch daß Ihre Hochwürden zc. Herrlichkeiten/ solchen Wittben und Wäysen aus einer iedweden Kirchen ein halber Gilden von dem Kirchen Vermögen / über unsern Gilden/geben zulassen/großgünstig consentiren wolten zc. Verba quoque Rescripti Supremi Consistorii Dresdenfis ad B. D. Christ. Reinhardt. t. t. Superintend. Pirnensem de dato Dresden den 3. May. A. 1658. non parum nostram sententiam confirmant: --- Also erachten wir nicht unbillig zu seyn/ daß wegen dessenigen/ so aus denen Kirchen gegeben werden soll/ die *Collatores* berührter Kirchen/ so nicht Ihrer Churfürst. Durchl. Leben seyn/ zugleich darüber vernommen / und nach fleißiger zu Gemüchführung ihre Einwilligung ebenfalls eingehohlet werde. Und ist hiermit an statt Ihrer Churf. Durchl. unser Begehren/ Ihr wollet euch also darnach achten / solches zu Werke richten/ und uns so dann/wessen sich einer und der andere erkläret / anderweit zuerkennen geben / und fernere Anordnung darauf gewärtig seyn zc. Rationem si quaesiveris, cur patronorum consensus sit necessarius, ea longius non erit accersenda. E re enim patronorum quam maxime est, facta te-ctaque manere bona ecclesiae c. 31. XVI. q. 7. conf. *Sithman. de J. Episc. cap. 13. n. 17.* quoniam his ad paupertatem redactis necessaria vitae subsidia ab ecclesia sunt suppeditanda v. c. 29. § 30. XVI. q. 7. c. 25. X. d. *juv. patron. Koch, de Curte rubr. de utilit. Jur. patron. n. 1. Schönberg. de advoc. armat. c. 10. n. 514. Uingebauer. ad decret. lib. 3. tit. 38. n. 38. Linck. ad Decret. lib. 3. tit. 38. §. 10. Brunn. J. Eccles. l. 2. c. 8. §. 23. Urrath. de J. patron. membr. 3. th. 4. j. Linck. de Jur. templ. c. 5. n. 126.* Unde Dd. haud pauci concludunt, nihil de bonis ecclesiae sine patro-

patroni consensu alienari posse, *vid. Dn. Stryk. de caut. contr. sect. 1. c. 3. §. 11. it. disp. de probanda versione crediti c. 2. §. 26. Halla A. 1701. hab. j. Linck. ad Decret. l. 3. tit. 13. §. 8. Weber. de Jure patron. §. 37. id quod in terris Brandenburgicis receptum per Ordin. Consist. March. Tit. 5.*

§. XXV. Fisco viduarum constituto, laborandum est, ut is bene conservetur & magis magisque augeatur. *Conser- vatur* autem Fiscus viduarum a Collegio aut fraternitate cer- ta constitutus *I. Surrogatione atque receptione personarum aliarum* in membrorum, quæ hucusque Symbolas suas contulerunt, deficientium locum. Deficiunt membra, quando membra fi- sci esse desinunt; id quod contingit vel ipsorum morte, tam naturali quam civili, vel actu inter vivos; inter vivos aliquan- do ipsorum culpa, aliquando sine ipsorum culpa. Propria culpa desinunt, si aut fisco renuncient, v. **Mannsfeld. W. R. D. c. 1. art. 7.** aut se indigna reddant. Reddunt se indigna membra partim intuitu fisci e. g. si stato tempore quotam su- am non contribuunt, lexque adsit, ut in casum non factæ con- tributionis fisci beneficiis priventur, v. **Mannsfeld. W. R. D. c. 1. art. 7. §. 9.** partim non intuitu fisci, veluti si membrum adulterium committat, malitiose suam uxorem deserat, a ve- ra religione deficiat & falsam amplectatur, si Minister eccle- siæ ab officio suo removeatur degradetur, v. **Leipz. Pf. c. 3. leg. 6. Chemniz. art. 12. Altenb. Pr. c. 1. art. 11. W. R. D.** Sine culpa desinunt esse membra v. g. quando Minister eccle- siæ ex hac in aliam vocetur dioecesim, v. **Leipz. Pf. c. 3. leg. 8. Mannsfeld. c. 1. art. 7. W. R. D.** Non autem desinit is, qui in aliam dioecesim vocatus, vel in aliam provinciam sedes rerum suarum deferens, paratus est ad solvendam suam stato tempore quotam per mandatarium suum, qui jam tum est fi- sci membrum, v. **Dresdn. leg. 3. Weiffensfeld. c. 1. art. 3. Chemniz. art. 9. Born. c. 1. art. 2. Altenb. Pr. c. 1. art. 10.**



Hamburg. art. 11. **Pirn.** art. 1. n. 2. **Zwickau.** art. 24. **W. R. D.**

§. XXVI. Quod surrogationem attinet, *surrogantur alii volentes*, quod ordinarie accidit, *alii invito*. Nam in nonnullis Ordinationibus cautum, ut quilibet eo ipso, quo in Collegium, societatem aut fraternitatem quandam recipitur, simul membrum illius fisci vidualis, quem istud Collegium &c. constituit, fieri debeat, inque eum vel ad dies vitæ, vel ad aliquot tantum, veluti tres, quatuor, pluresve annos contribuere teneatur, v. **Altensb. Pr. W. R. D.** c. 1. art. 1. non obstante, quod e. g. non habeat uxorem, quod sit pauper, & quæ sunt alia. Id quod præprimis in Ordinationibus fisorum vidualium clericorum in der Geistlichen Wittben-Rasten Ordnungen observavimus, v. **Weissenfels.** c. 1. art. 1. **Chemnitz.** art. 1. **Magdeburg.** art. 3. **Leipz. Pf.** c. 1. §. un. **Born.** c. 1. §. 1. **Mannsfeld.** c. 1. art. 1. **Pirn.** art. 1. n. 1. **W. R. D.** Hic tamen Magistratus, qui omnes de Collegio, societate, & fraternitate obligare ac cogere possit, confirmationem requiri est in propatulo.

§. XXVII. Quinam in locum deficientium membrorum & quot surrogari possint debeantve, quinam non, in Ordinationibus fisorum viduarum exprimi solet. In fiscos clericorum eos plerumque tantum, qui sacris sunt initiati sive ordinati, recipi, experientia attestatur, conf. **Leipz. Pf. W. R. D.** c. 1. Hinc v. g. Lipsiæ excluduntur Concionatores Sabbathici, die Sonnabends Prediger zu St. Nicolai / und zu St. Thomâ. In fiscos laicorum non facile recipi videmus eos, qui alii, quam cui membra, confessioni fidei sunt addicti: veluti apud nos Judæi, Pontificii, Reformati, item, qui sunt læsæ & non integræ famæ, vitæ male actæ, valetudinarii, provectoris nimis ætatis e. g. quinquaginta annis majores, intemperantes, luxuriosi, itineribus longis periculosisque præprimis mari obnoxii, qui stipendia militaria merentur, aliive, vid. **Hamburg. W. R. D.** art. 1.

§. XXVIII.

§. XXVIII. Subscriptionem Ordinationum de fiscis viduarum confectarum, quam supra in constitutione eorundem utilem esse diximus, eo magis in successoribus adhibendam contendimus, quo minus leges atque consuetudines fiscaliis sunt cognitæ. Hoc facto oscitantia, imo ferme dixerim, malitia nonnullorum membrorum, quæ quoties in leges fiscali peccasse convincuntur, ignorantiam legum prætendunt, quam maxime occurri poterit. Interim certum est, membra a tempore subscriptionis statim ordinariæ ad legum observantiam adstringi.

§. XXIX. Conservatur Fiscus viduarum II. *Collatione eorum, quæ vi Ordinationis fiscali illi sunt inferenda*, Germ. *Ein schuß / Einlage / Zulage / Beitrag / Contribution*. Collatio a bit in ordinariam & extraordinariam: Ordinaria in perpetuam & temporariam. Ad temporariam referimus Honorarium, quod pro introitu, pro receptione, zum Eintritt solvi consuevit. Quantitas hujus & materia, in qua solvendum, in singulis fere locis variat. Primo enim alibi thaleri duo, v. **Dresdn. leg. 1. Mannsfeld. c. 1. art. 5. Pien. art. 2. n. 1. W. R. D. aut tres, v. Born. W. R. D. c. 2. art. 1. aut quinque, v. Leipz. Pf. W. R. D. c. 2. leg. 1. aut decem, v. Magdeb. W. R. D. art. 3. alibi plures, v. Hamburg. W. R. D. art. 2.** & quidem vel in pecunia communi in courant Gelse v. **Dresdn. Mannsfeld. & c. W. R. D. cc. II.** vel in speciebus, in Banco Thaleri. j. **Hamburg. W. R. D. c. 1.** loco receptionis præstantur. Deinde in nonnullis locis respicitur ad annos membri recipiendi, & hoc casu, quo junior quis est, eo minorem, & quo senior, eo majorem pecunia summam pro introitu prænumerare cogitur, v. **Altenb. Pr. W. R. D. c. 1. art. 2.** In aliis vero æquale a singulis membris recipiendis postulatur atque exigitur Honorarium, nullo habito ad annos membri recipiendi respectu, v. **Dresdn. Mannsfeld. & c. W. R. D. c. 1.** Quando fit solvendum hoc Honorarium, Ordinationes fisco-
rum

rum vidualium quoque non concordant. Nonnullæ post receptionem annum adhuc, nonnullæ dimidium anni indulgent, nonnullæ breviorē & angustiorē, nonnullæ nullum plane terminum statuerunt, quo casu terminus solutionis dies receptionis & subscriptionis Ordinationis fisci ut plurimum esse solet, v. **Leipz. Pf. c. 2. leg. 1. Mannsfeld. c. 1. art. 5. W. R. D.** Tempore solutionis præterlapso, pœna in casum cessationis dictitata, veluti usuræ moratoria præstanda sunt, Imo in quibusdam Ordinationibus cautum, ut membra, Honorarium pro receptione statò tempore fisco non inferentia, beneficiis fisci cum uxoribus suis carere debeant, v. **Mannsfeld. W. R. D. c. 1. art. 9.**

§. XXX. *Perpetuæ collationi accensemus I.) Symbolam, quæ singulis annis a fisci membris vel conjunctim, vel in partes divisa, German. entweder zusammen/ oder auf einmahl/ oder einpelt alle viertel/ alle halbe Jahre/ alle Messen/ est solvenda e.g. 1. 2. 5. Tbl vel 8. 16. Mark/ v. Leipz. Pf. c. 2. leg. 2. Magdeburg. art. 3. Mannsfeld. c. 1. art. 3. Hamburg. art. 2. W. R. D.* Diem solutionis Ordinationes fisci indicant, qui est dies foundationis fisci, dies Trinitatis, Martini, nundinæ Lipsenses Paschales, *Leipziger Oster-Messen/ nundinæ vernaes, Michaels-Messen/ aliusve dies commodior ad solvendum visus membris, v. Mannsfeld. c. 1. art. 4. Leipz. Pf. c. 2. leg. 8. W. R. D.*

§. XXXI. Hanc collationem ordinariam singula fisci membra a tempore receptionis vel usq; ad mortem, v. **Magdeb. W. R. D. art. 2.** vel ad constitutum tempus, ut viginti annos, v. **Leipz. Pf. W. R. D. c. 2. leg. 2.** vel discessum ex diocesi aut loco eo, ubi fiscus est, licet illi in discessu renunciare velint, præstare vigore legum fisci tenentur, v. **Born W. R. D. c. 2. leg. 6.** Quid? quod, quandoque ipsa viduæ ab hac præstatione non sunt immunes, quod contingit, quando e.g. mortuo clerico fisci hæctenus membro plurimum tempus colla-

lationis sive contributionis vel tantum dimidium est præter-
 lapsum. Nam in hoc casu vidua, quæ anno gratiæ fruitur,
 collationem debitam fisco adhuc inferre cogitur, v. **Leipz. St.**
Pr. art. 7. Mannsfeld. c. 1. art. 6. Leipz. Pf. c. 2. leg. 6.
Magdeb. art. 5. Altenb. Pr. c. 1. art. 8. Pirn. art. 4, n. 2.
W. R. D.

§. XXXII. Perpetuæ collationi annueramus (II.) in
 quibusdam fisci Clericorum receptam *Symbolam annuam de*
ecclesiarum patrimonii conferendam, v. **Leipz. Pf. c. 2. leg. 5.**
Chemnitz. art. 2. Weissenfels. c. 2. art. 2. Mannsfeld.
c. 1. art. 12. W. R. D. In quantitatis hujus determinatione se-
 dulo respiciendum ad ecclesias, an in civitate, an ruri sitæ sint,
 an opibus abundant, an iis destituantur, ita ut illis major,
 his minor pecuniæ summa conferenda assignetur, v. **Manns-**
feld. W. R. D. c. 1. art. 12. An hæc collatio ab administrato-
 ribus bonorum ecclesiasticorum sine præcitu Patronorum ec-
 clesiarum fieri queat, supra in §. 24. exposuimus.

§. XXXIII. Perpetuam collationem esse existimamus (III.)
Pecuniam funeralem, das Funeral, Begräbnis-Geld / Wittben-
 Thaler / quæ mortuo membro fisci a superstitibus & in non-
 nullis fisci clericorum ex bonis ecclesiarum certarum simul col-
 ligitur, membrique modo defuncti viduæ exsolvitur, v. **Leipz.**
St. Pr. art. 12. Leipz. Pf. c. 2. leg. 3. Hamburg. art. 9. W. R. D.

§. XXXIV. Accedimus nunc ad *extraordinarias colla-*
tiones. Hæc pro diversitate fisci, loci &c. diversæ esse solent.
 Illis autem accensemus (1.) *Honorarium*, quod e. g. Minister
 ecclesiæ, qui ex uno loco in alium in eadem diœcesi translo-
 catur, quique jam tum fisci membrum est, fisco inferre debet,
 v. **Mannsfeld. c. 1. art. 5. Pirn. art. 2. n. 2. W. R. D.** (2.) *Pe-*
cutiam, quæ solvitur ab initio constitutionis fisci per aliquot
 annos viduis, donec fiscus eas vires ceperit, ut ex usuris redi-
 titibusque pecuniæ fisci viduæ suam quotam percipere possint,
 v. **Mannsfeld. c. 3. art. 2. Hamburg. art. 2. W. R. D.**

D

(3.) Sup-

(3.) *Supplementum*, ut ajunt, quod pluribus viduis factis a membris colligitur, ne fiscus diminuat vel exhauriatur, sed in suo vigore conservetur, v. **Mannsfeld. Hamburg. W. R. D. c. l.**

§. XXXV. (III.) Conservatur augeturque Fiscus viduarum *Assignatione certa pecunie summe similisve rei facta a Principe, aut inferiori Magistratu &c.* v. g. der Wittben. Kasten zu NN. soll jährlich aus der Casner, aus dem reichen Almosen 25. 30. Guild. ac. bekommen / quale exemplum occurrit in dem Leipziger Stadt Priester Wittben. Kasten / qui singulis annis ab A. 1619. (quo anno quoque hic fiscus primum constitutus fuit) usque ad A. 1632. e reditibus Templi Nicolaitani & Thomani 25. florenos, ex arario pauperum ditiori, aus dem reichen Almosen / itidem 25. florenos, & ab Amplissimo hujus Urbis Senatu 50. florenos, & sic conjunctim 100. florenos accepit. Hodie autem tantum, quoad mihi constat, 50. floreni, scilicet e proventibus Hospitalis ad St. Georgii 25. floreni, & ex arario pauperum ditiori, aus dem reichen oder willigen Almosen / similiter 25. floreni singulis eidem fisco annis, beneficentia Splendissimi hujus Urbis Senatus exsolvuntur. Simile exemplum deprehendimus in dem Altenburgischen Priester Wittben. Kasten / ubi quolibet anno ex Camera Serenissimi Ducis Saxo-Gothani 30. floreni eidem fisco solvendi a Principe Friderico Wilhelmo p. m. ultima ejus voluntate sunt assignati, Deinde huc referimus si certa portio de multis & dispensationum pecuniis, ein gewisses von de Consistorial Strassen u. dispensation Geldern / it. de proventibus & stolis tempore vacantiarum deficiente pastoris uxore & liberis, ein gewisses von den Pfarr Einkünften so tempore vacantiarum in Mangel Pfarr Wittben und Waisen dem Fisco Ecclesiastico heimzufallen pflegen / v. Leipz. St. Pr. art. 10. Magdeb. art. 8. W. R. D. it. de proventibus certis anni cujuslibet diebus ex bursa, qua viritim durante cultu divino in ecclesiis elemosynæ colliguntur, was einkömmt in den Klingelbeutel am Tage e. g. Philippi, Jacobi, Martini &c. it. de collectis

lectis elemosynis in nuptiis, aliisque conviviis, quas einföhnt
in die Allmosen-Büchse auf Hochzeit / und andern Ehren-Ge-
lacken/a Superiore ad conservationem fisci determinetur, ceu fa-
ctum est in dem Mannsfeld. *W. R. v. ej usd. Ord. c. 1. art. 11.*

§. XXXVI. Conservatur augeturque fiscus viduarum
(IV.) *Legatis fisco relictis*, wann Legata dem Fisco vermachtet wer-
den/ v. *Magdeb. W. R. D. art. 9. j. Leipz. Pf. W. R. D.*
c. 3. leg. 4. (V.) *Donatione eorum, quæ vidua vi Ordinationis fi-*
fci percipere potuisset. Ad quam donationem ea vidua eo ma-
gis sunt procliviores, quæ plane subsidio fisci non indigent, v.
Mannsfeld. W. R. D. c. 3. art. 3. (VI.) *Retentione illatorum*
a membris in fiscum, quod variis ex causis accidit (1.) Si mem-
brum beneficis fisci se indignum reddit, dum e.g. ab officio
suo removetur, vel adulterium simileve grave delictum com-
mittit, v. *Born. c. 4. leg. 1. Altenb. Pf. c. 1. art. 11. W. R. D.*
(2.) Quando membrum fisco renunciat. Renunciat vero
vel expresse, contestando se membrum fisci ulterius esse nolle,
vel tacite, quod ex circumstantiis factisque colligendum, vel-
uti si quis lares suos in alium locum, quam ubi fiscus est, trans-
ferens nullum constituit mandatarium, qui ejus vice collatio-
nes ordinarias æque ac extraordinarias præstet, v. *Mannsfeld.*
W. R. D. c. 1. art. 7. it. c. 3. art. 14. (3.) quando membrum fi-
fci sine uxore liberisque decedit, v. *Mannsfeld. d. art. 14.*
Altenb. Super. art. 10. it. Pr. c. 4. art. 7. W. R. D. (VII.) *Dene-*
gatione beneficiorum, quæ alias jure vidua ex fisco lucratur.
Denegantur ea partim ob culpam mariti, partim ob culpam
viduæ. Prius contingit, quando e.g. maritus honorarium pro
introitu sive receptione, aliasque collationes tam ordinarias
quam extraordinarias, præcedente monitorio, intra certum tem-
poris spatium absq; justa causa non exsolvit v. *Mannsfeld. c. 1.*
art. 9. Altenb. Pr. c. 3. art. 1. W. R. D. Posterius accidit, quan-
do v.g. vidua intra tempus luctus iterum nubit, adulterium com-
mittit, luxuriose vivit, de quo plura infra in §. 53. adducemus.

§. XXXVII. Haud contemnendum conservandi fiscum viduarum medium esse videtur, (VIII.) quando ab initio constituti fisci viduis portio in Ordinatione expressa per aliquot veluti §. 6. 7. pluresve annos non distribuitur. v. s. 34. Equitas tamen, ut extraordinaria collatione intra hoc spatium viduis subveniatur, quam maxime jubet, ne ex omni subsidio destituantur, nec deterioris, quam futurae viduae, sint conditionis. Hoc modo fiscus sensim sensimque augebitur, ita ut ex usuris atque redibus viduae deinde suam quotam accipere queant, daß die Wittben von denen Zinsen und Renthen können bezahlet werden *conf. Mannsfeld. c. 3. art. 2. Hamburg. art. 2. W. R. D. Laude quoque sua non caret illud institutum, quando, pluribus posthac uno anno viduis factis, ne fisco exhauriatur, ab administratoribus ejus, aut itidem collatio extraordinaria pro viduis colligenda membris indicitur, aut distributio ita instituitur, ut cuilibet viduae sua qvota vel pro parte vel alternatim hoc anno huic, altero alteri tota exsolvatur, conf. Dresden. leg. 8. Born. c. 4. leg. 2. Magdeburg. art. 11. Mannsfeld. c. 3. art. 6. Altenb. Superint. art. 6. it. St. Pr. art. 4. ii. Pr. c. 4. art. 4. Hamburg. art. 13. Pien. art. 4. n. 1. Zwickau. art. 23. W. R. D.*

§. XXXVIII. Inter media conservandi Fiscum viduarum referimus. (IX.) *accuratam Ordinationum de eo confectarum observationem, daß über der Wittben-Kasten Ordnung steiff und fest gehalten werde.* Quanta cum cura, quanta prudentia ejusmodi Ordinationes conficiantur, ii norunt, qui eorum confectio- ni interfuerunt. Omnia earum capita bene ponderantur & examinantur, an cum Jure Naturali, Divino Universalis &c. conveniant? an tertio, qui non est fisci membrum, detrimentum inferant? an tantum ad aliquod tempus, an quoque in futurum fisco sint utilia? an omnia membra ea observare possint, nec ne? & quae sunt alia. Quis itaque jam constitutas fisci Ordinationes negligere, & contra novas fieri mallet? Di-

cis, omnes casus prævideri nequeunt, tempora mutantur &c. l. 10. sqq. ff. d. LL. Regeo, si casus in Ordinatione non expressus emergat, non statim ad mutationem ejusdem est confugiendum, sed *interpretatio* adhibenda, qua aliquatenus dura visa emolliantur, & casus sub Ordinatione comprehensi eruantur. Quamobrem verba Ordinationis specialia ob rationem ejus generalem sunt extendenda, e contra verba generalia ob rationem ejus specialem additam restringenda. Quod si vero interpretatio frustra tentatur, tempora adeo mutata sunt, ut nullo modo Ordinatio vel non sine summo tertii præjudicio applicari observarique possit, eo casu ejus abrogationem potius, quam observationem svademus. Jushoc interpretandi atque mutandi fiscorum vidualium Ordinationes iis, qui eas condendi habent potestatem, competere dubio caret a. l. 12. C. d. LL. l. 21. ff. d. R. 7. modo secundum distinctionem supra in §. 23. suppeditatam Superioris, qui illas confirmavit, accedat consensus.

§. XXXIX. Non parum quoque ad conservationem Fisci vidualis pro re nata facit (X.) *Advocati certi constitutio*, qui fiscum consiliis adjuvet, litibus subortis defendat, & reliqua, quæ in Judiciis fisco sunt expedienda, ex mandato administratorum ejusdem expediat. Exemplum v. in der **Leipz. St. Pr. W. R. O. fol. 140.**

§. XL. (XI.) *Nuncii certi constitutio* quoque Fisco viduarum non inutilis erit; Cujus officium præprimis in eo consistit, ut membra, necessitate utilitateque fisci svadente, convocet, debita atque multas exigat, aliaque, quæ ipsi ab administratoribus membrisve fisci demandantur, exequatur. Exemplum v. in der **Hamburg. W. R. O. art. 7.**

§. XLI. Mediis conservandi, tam a Superiore quam ab inferioribus sive toto Collegio constitutum, Fiscum viduarum tandem (XII.) *Bonam administrationem* accensemus, quæ primo nominari loco debuisset, Administratio hæc demandatur pro

Pro fisci diversitate uni pluribusve ejus membris. Nam quo opulentiore fisci sunt redditus, quo plura membra in diversis locis habitantia, eo plures quoque requiruntur administratores. Extraneis ut hoc munus injungeretur, svafor esse nollem, quum tanto eos Zelo, quanto membra fisci, ejus res curaturos fore valde dubitem. Appellantur administratores fiscalio nomine *Præsecti, Clavigeri, Dispensatores viduarum, Oeconomi, Curatores &c.* Quod vero fisci speciales administratores etiam sine præcitu Principis Magistratusve constituere possit, ex indole Collegiorum societatumque, quæ sine administratione conservari nequeunt, patet. Dividi possunt fisci administratores *in perpetuos & temporarios*, quatenus vel in perpetuum, vel ad tempus hoc munus gerunt, vel gerere debent. In fisci clericorum communiter Superintendentens administrator perpetuus vocari solet, quem tamen, nisi vel cum aliis vel solus administret res fisci, sicuti in fisco clericorum Dresdensi id moris est, v. **Dresdn. W. R. D. leg. 12.** Inspectorem vel administratorem honorarium rectius dixeris, j. **Mannsfeld. c. 2. art. 1. Pirn. art. 7. n. 1. W. R. D.**

§. XLII. An munus hoc administrationis omnibus membris etiam invitis imponi possit, indagatu non erit inutile? Existimamus vero, quod omnino invitis munus istud imponi queat: partim, quod sit munus publicum *a. l. 214. ff. d. V. S.* partim, quod administratores fisorum vidualium æque ac administratores bonorum ecclesiasticorum æviparentur tutoribus curatoribusve *a. c. 1. X. de restit. in integr. l. 32. C. d. Episcop. & Cleric.* de quibus certum, quod inviti munus tutelæ curæ subire cogantur *l. 1. ff. d. admin. & peric. tut. j. c. l. 214.* partim, quod subscriptione Ordinationum, quæ inter alia omnibus membris suo tempore munus istud injungunt, tacito consensu isti se oneri adstrinxerint, v. **Mannsfeld. c. 2. art. 1. Magdeburg. art. 25. W. R. D.** Interea tamen quidam neutriquam ere fisci esse autumant, quod expressa lege omni-

omnibus membris munus illud imponatur. Selectus enim esse instituendus, ita, ut non nisi viri cordati, solertes, rerumque omnium & rationum cumprimis faciendarum periti, *Rechnungs-Verständige* / vel ut Apostolus Paulus ait Act. VI, 3. 1. Timoth. III, 8. sqq. μαρτυρούμενοι καὶ πλήρεις πνεύματος ἀγάπης καὶ σοφίας eligerentur. Equidem administratio grave satis onus est, adeoque ad omnia quoque membra, quod non beneficiorum fisci tantum, sed & onerum respectu sibi invicem sint æqualia, spectat *a. l. 10. ff. d. R. 7.* & praterea quoque perfidi administratores conveniri & puniri, imperiti autem aliorum consilium ac auxilium implorare possunt & debent. Nihilominus tamen quod perfidos & imperitos administratores attinet, *melius est*, Judice Imperatore Sacratissimo Justiniano, *minorum* (idem judicium esto de viduis earumque fisco *a. l. 32. C. d. Episcop. & cleric.*) *jura intacta servari, quam post vulneratam causam remedium querere l. f. C. in quib. caus. in int. restit.* Beneficiorum & onerum autem inæqualitas facile corrigi poterit, si illis, qui ad administrationem non sunt apti, certa pecuniæ summa, ob impositum alteri administrationis onus, solvenda dictitetur *e. g. 10. 12. 15. plures de thaleri, v. Hamburg. W. R. D. art. 4. in f.*

§. XLIII. In tutoribus, quibus paulo ante administratorum fiscorum vidualium æquiparavimus, antequam ipsam suscipiant tutelam, quatuor requiruntur. (1.) *Magistratus confirmatio* (2.) *Juramenti præstatio* (3.) *Satisfactio* & (4.) *Inventarii confectio*. At in administratoribus fisci, quod confirmationem concernit, ea moribus pene non attenditur. Unicum solummodo exemplum inveni in Ordinatione fisci vidualis clericorum ad Diocesin Pirnensem pertinentium *art. 7. n. 2.* ubi confirmatio administratorum recepta, & Superintendenti Pirnensi adscripta est, quod ultimum tamen Senatus Pirnensis aliique Collatores ecclesiarum, in dicta Diocesi sitarum, approbare & concedere haud voluerunt. Juramenti præstatio quoque

in iis cessat, vel tantum in nonnullis locis loco juramenti, an
 Eydes statt/vel bey ihren Priesterlichen / Bürgerlichen Ehren
 und Treue/Superintendenti, Präfidi, Seniori, antecessoribus ad-
 ministratores fisci &c. fidelem administrationem promit-
 tunt, v. **Mannsfeld. W. R. D. c. 2. art. 11.** Satisfatio
 sicut tutoribus moribus ob hypothecæ tacitæ, in bonis tutorum
 pupillis competentis, effectum l. 20. C. d. *admin. tut.* penitus
 ferme remittitur: v. *Schilter. ad π. Ex. 37. §. 90.* Ita & administra-
 tores fisci ab ea ob eandem rationem a. l. 32. ff. ad *L. Aquil.* im-
 munes pronuntiandos esse putamus. Verum quid dicendum
 de inventarii confectione, ane ad illam administratores fisci
 vidualis sunt obstricti? Et eos omnino obstrictos esse, non
 perperam asserimus a. l. f. §. 1. C. *arbitr. tut. l. 2. §. 2. ff. d. ad-
 min. rer. ad civit. l. 19. ff. d. admin. & peric. tutor. j. l. 32. C. d. Episcop.
 & Cleric. Resol. Gravam. de A. 1653, § 57. tit. Consistorial. Sa-
 chen gr. 15. v. Joh. Fuchs de Inventario c. 3. n. 14. sqq. j. n. 4. & 7.
 Munnoz. de Escobar. de ratiocin. c. 3. Naurath de Rationar. p. 12.*
 In hoc inventario omnes res, tam mobiles quam immobiles,
 ad fiscum viduarum spectantes, addita singularum rerum æsti-
 matione, imo jura, privilegia, & nomina, expressis nominibus
 debitorum & quantitarum debitorum numero, vel coram o-
 mnibus fisci membris, vel quibusdam nomine rotius fisci cum
 in finem deputatis, vel coram Notario duobusque testibus,
 candide, clare, liquido, sigillatim, & denique ita distincte sunt
 consignanda, ut instar deinde fundamenti sit, secundum quod
 rationes confici, reddi examinari queant. Quemadmo-
 dum vero confectionem inventarii eo in casu, quando nullum
 a prædecessoribus legitime confectum adest, solummodo re-
 quirimus: Ita si legitimum reperiat inventarium, res in illo
 omittas adhuc a novis administratoribus addendas suademus,
 ut ii omnem fraudis dolique suspicionem evitent, nec juratam
 deinde omnium ad fiscum pertinentium rerum specificatio-
 nem edere teneantur.

§. XLIV.

§. XLIV. Inventario confecto vel reperto proxima administratoris cura sit *tum in rebus mox perituris mature alienandis, tum in conficiendo Protocollo, Diario, Manuali, Adversario, Journal, in quo singula accepta & expensa speciatim de die in diem annotet, ita, ut per singulas species, quid, quantum, unde, ex qua causa, quo die, a quo & cui datum, seu a quo acceptum sit, ipse sciat, & ex quo rationes, die Rechnungen/ juxta ordinem selectum & approbatum formet atque concinet, v. Wunsch in Memorial. Oeconom. Polit. Pract. Part. 2. c. 1. n. 25. S. C. Ursinus Diss. de Rationar. Praefectur. c. 2. n. 126. Francof. A. 1681. hab.*

§. XLV. Ex Inventario itaque administratores fisci vidualis perspicient, ubinam pecunia fisci reperitur, an in cassa adhuc custodiatur & asservetur, an sub usuris elocata sit &c. an in re mobili, immobili, vel in nominibus consistat, & quæ sunt alia. Singula ferme capita singularem ab administratoribus exigunt curam. *Nominum* ante omnia sedulam habeant curam, eorum qualitatem examinent, minus idonea ab idoneis separent, eaque pro idoneis non agnoscant, sed ab initio administrationis, ne eorum deinde periculum ferre cogantur, de iis non agnoscendis protestentur, *Sie wolten vor diese Schuld nicht stehen, noch davor haften/conf. Schilter. ad ff. Ex 36. §. 98. Minus autem idonea nomina, böse Schulden/ea judicamus, quorum e. g. probatio forsitan ob amissionem chirographi, ob vetustatem ætatis &c. difficilis redditur, item, quæ ab eo, qui non bonus paterfamilias dicitur, bona sua dilapidat, qui non solvendo esse fertur, qui est potentior &c. sunt exigenda. Circa nomina idonea, Zabibahre Schulden/* administratores non minimam curam & sollicitudinem adhibeant, ne intra tempus administrationis in minus idonea degenerent. Cogitent enim se fisco exemplo tutorum bonorumque ecclesiasticorum administratorum *ad levem regulariter culpam, & quidem non*

E

in

in concreto, sed in abstracto, ut loquuntur, consideratam teneri, ita, ut non sufficiat, si in rebus fisci talem qualem in suis, adhibeant diligentiam, sed talem adhibere debeant, qualem diligens paterfamilias adhibiturus esset *a. l. 33. pr. ff. de admin. tut.* Quapropter, in debitorum conditionem vitamque sedulo inquirent, eosque si bonis labi animadvertant, aut aliud quid sinistre de iis suspicentur, in tempore ad exsolvendum debitum compellant *a. l. 18. C. d. admin. tut.* Hac vero suspitione deficiente annuatim usuras exigant, nec illas ultra alterum tantum excurrere permittant, non eam ob causam, quasi fiscus viduarum usuras ultra alterum tantum petere non posset; contrarium enim infra *in §. 63.* ex Dd. demonstrabitur: sed ne illarum una cum sorte difficilis reddatur exactio, siquidem sæpius, sine notabili jactura & damno, sortem usurasque simul haud possunt præstare debitores, *vid. Carpz. Jurispr. Conf. l. 2. d. 318. n. 5.*

§. XLVI. Porro administratores non negligentes se exhibeant *in multarum poenarumque exactione, in Eintreibung der Straff-Gelder.* Hinc nullam præterlabi patiantur occasionem, qua earum compotes reddi queant. Male igitur non agent, si pecunia a debitore alium ob finem, e. g. ob annuam symbolam, soluta, eam prius in multas poenasque hisque extinctis reliquam in aliud debitum imputent *a. l. 4. l. 9. l. 97. ff. d. solut.* Quo enim odiosiores multa poenæque sunt, eo rigidiores quoque earum debitores ad exsolvendum deprehendent.

§. XLVII. In qualibet autem debiti exsolutione omni administratores cura provideant, ut *in proba, legitima & conventa monet* a præteretur, ne damnum exinde resultans ex proprio refarcire patrimonio adstringantur. Quænam vero pecunia a debitore fit solvenda, ex generalibus juris principiis est repetendum. Respiciendum est ad tempus debiti contracti,
ad

ad tempus solutionis, ad monetam, an ejus bonitas tam intrinseca, **Schrot und Korn** / quam extrinseca, der Werth/die Würdigung / an alterutra mutata, an pecuniæ mutatae certa æstimatio adjecta, in qua fieri debeat restitutio, v. g. der **Thaler zu 24. gute Gr. der Gulden zu 21. gute Gr. gerechnet** / an expresse conventum, ut in eadem monetæ specie, qua mutuum datum, fieret restitutio, daß species oder Banco **Thaler** sollen wieder gegeben werden! *Et que sunt alia, conf. Carpz. P. 2. C. 28. d. 4. & 5. Id. Ayl. gener. debit. c. 2. pos. 34. Dn. Hopp. ad Inst. tit. quib. mod. re contr. ad pr. p. m. 707. sqq. Dn. Zipffel von Wechsel-Brieffen pag. 592. sqq. it. pag. 625. sqq. it. p. 631. sqq.*

§. XLVIII. Dispiciamus nunc, instituti nostri ratione ita exigente, quomodo administratores se prudenter circa pecuniam in arca repertam, custoditam, acceptamque gerere debeant. Scilicet sicut immobilia pro mobilibus habere præstat, **Fahrnuß kan leichte verlohren werden / und ist auch sonst nicht würdig** / Ita administratores pro pecuniis filci vidualis, ejus ratione permittente, exemplo tutorum aliorumve administratorum prædia comparent *a. l. 7. §. 7. ff. d. admin. tut.* Per prædia autem h. l. non nuda ædificia intelligimus, sed generaliter quamlibet rerum immobilium universitatem, ut sub se comprehendat agros, prata, possessionem & fundum *arg. l. 60. l. 115. l. 211. ff. d. V. S.*

§. XLIX. Tutissime vero pecuniam in emtionem prædiorum collocare administratores non poterunt, nisi prædiorum qualitatem, qua diversissima est, exacte indagaverint, monente *Illustri Düblero, jam Serenissimi Ducis Saxo-Gothani Altenburgi Vice-Cancellario longe merentissimo, in Disputatione hic Lipsia A. 1665. habita, de Pecunia tutissime collocanda.* Aliter enim prædia allodialia, aliter feudalia, aliter ecclesiastica, aliter pupillorum, aliter dotalia &c. comparantur. A nostro instituto est alienissimum ea, quæ in comparatione singulorum

administratoribus probe sunt advertenda, longius hic recensere, præprimis quum sufficientissime fuerint excussa atque tradita in *cit. disp. de pecun. tut. colloc.* ad quam brevitatis studio nos referimus, cui jungi poterit, quæ in simili habet *Petr. Müller. in disp. de pecun. pupill. Jenæ hab. An. 1678.* nec non *Dn. Stryk. in tr. de cautel. contr. sect. 1. cap. 3. per tot. pag. 30-66.*

§. L. Porro administratores non male agent, si fisci vidualis pecuniam collocent in refectionem & conservationem prædiorum, *Dn. Döbler. cit. disp. c. 3. §. 9. seq. P. Müller. c. l. th. 30.* it. in dispunctionem seu exsolutionem debitorum, wenn man anderer Leute Schulden von seinem Gelde bezahlet / und dadurch des Creditoris Recht wieder den debitorem erlanget *a. t. t. C. d. his, qui in priorum locum succedunt. Dn. Döbler. c. l. §. 14. sq. P. Müller c. l. th. 29.* it. in redemptionem nominum, *Dn. Döbler. c. l. §. 11.* it. in emtionem reddituum annuorum, zu Erkauffung jährlicher Renten / Zinsen und Gülten / Pachten / Gefälle / und Einkommen / *Dn. Döbler. c. l. P. Müll. c. l. th. 25.*

§. LI. Progredimur ad aliud officium administratorum, visuri, quomodo fisci pecuniam sub usuris commode elocare queant. Sæpius enim neque prædia, neque aliæ res adsunt, quibus pecunia impendi possit. Ubi primo quæstio incidit: *An administratores fisci vidualis hujus pecuniam necessario fœnori dare teneantur?* Et putamus quod omnino exemplo tutorum administratorumque bonorum ecclesiasticorum, quibus similes nostros administratores esse, aliquoties monuimus, eam fœnori dare, atque hoc prætermittentes usuras solvere teneantur, ab initio administrationis post sex menses *a. l. 15. ff. d. adm. & peric. tut.* administratione semel suscepta post duos menses, ex tempore factæ solutionis *a. l. 7. §. 11. ff. eod. Nov. 72. c. 6. j. Dn. Menck. ad ff. tit. d. admin. & per. tut. p. 370.* Dicis hæc quidem de Jure veteri, scilicet Jure Digestorum, in tutoribus sunt constituta, sed de Jure novissimo mutata per *d. Nov. 72. c. 6. & 7.* sufficit enim

enim eo jure, tutores pecuniam exactam diligenter reponere & custodire *per. d. Nov.* At enim vero, ut taceam, fœnerandi necessitatem tantum eo in casu de Jure novissimo remissam esse tutoribus (quod ad administratores fisorum vidualium non invita Jurisprudencia applicamus *a. l. 32. C. d. Episcop. & Cleric.*) quando tanti reditus adsunt, ut ex iis pupilli sustentari possint; (ut viduis sua qvota distribui possit) *d. Nov. 72. c. 7. Auth. novissime in f. C. d. admin. tutor. Rittersbus. ad Novell. part. 8. cap. 6. n. 8. & 16.* In praxi tamen jus vetus *Dd.* receperunt teste *Carpzov. P. 2. C. 11. d. 22. it. C. 30. d. 3. it. l. 5. R. 70. it. Jpr. Conf. l. 2. d. 319. n. 13. sqq. Finckelth. Obs. 39. n. 4. sq. Raubbar. part. 2. q. 26. n. 6. Dn. Stryk. de cautel. contr. sect. 3. c. 2. §. 3. Dn. Menck. disp. de tutor. & curat. ad usur. ex suo debito usur. oblig. th. 21. hic Lipsiæ currente anno Mense Martio habita.* Exceptio vero est, quando debitorem idoneum administratores non invenerint, quo casu suo officio satisfaciunt, si pecuniam diligenter deponent & custodiant *arg. d. Auth. novissime C. d. admin. tutor. Melius namque eo in casu est pecuniam in antiquo tutamine permanere, quam usurarum appetitione antiquam pecuniam amittere juxta d. Nov. 72. c. 6. & Brunnem. ad tit. C. d. admin. tut.* Præprimis si deplorata, in quæ Deus nos reservavit, tempora consideramus, in quibus roties mercatores decoquunt, qui ditissimi putabantur, *die reichsten Kauffleute machen panqverott, fallimenten/ werden fallit.* Cautelæ loco h. l. addimus, prudenter administratores agere, si adeant pro fisci diversitate Superiorem, vel membra fisci convocent, illisque exponant, paratam pecuniam in fisco adesse, aut occasionem tuto illam pecuniam fœnerari exponendi non habere, hinc ipsos publice protestari, quod ad usuras pecuniæ fisci otiosæ nolint esse obligati: vel etiam si occasionem fœnerandi noverint, petere possunt a Superiore membrisve, ut decretum consensumve suum interponant, an huic pecunia sit credenda, quo pacto ab omni pe-

riculo immunes erunt, *vid. Brunnem. cent. 1. Dec. 81. Dn. Menck. ad ff. l. c.* Commodam collocandi pecuniam occasionem quia fisci viduarum & non administratores probare debeant, nemo, ut puto, negabit, perpendens, partim affirmanti, non neganti incumbere probationem *l. 23. C. d. probat.* partim ita in Jure nostro circa tutores & pupillos receptum esse, *Menoch. in tr. recup. poss. remed. 7. n. 23.*

§. LII. In ipsa pecuniæ expositione ad fœnus non leviter inquirent administratores *in personas*, quæ pecuniam sibi mutuo dandam expetunt, *an contrahendo se obligare possint*, an sint privati, an civitates, an Universitates, an ecclesiæ &c. In singulis specialia administratoribus notanda occurrunt, quæ ex generalibus juris principiis h. l. repetere supervacaneum existimamus, *conf. Dn. Stryk. d. caut. contr. sect. 1. c. 2.*

§. LIII. Hucusque expensum fuit officium administratorum fisci vidualis respectu pecuniæ tuto & cum commodo fisci collocandæ, nunc quomodo circa *distributionem pecuniæ viduis faciendam* se gerere debeant, paucis commemoramus. Ubi in genere notamus, *Administratoribus ratione distributionis utroque oculo respiciendum* ante omnia esse ad *Ordinationes fisci*, ex quibus cognoscere poterunt, quidnam sit distribuendum viduis, & quidem quibus, a quo tempore, quamdiu, quando, & quæ sunt alia. Hæc enim omnia sunt res arbitrariæ, quæ pro diversitate fiscorum membrorumve valde variant, & vix enumerari queunt. Alibi viduis certa portio annuatim, vel ad certum tempus, vel ad dies vitæ, *v. Mansf. c. 3. art. 4. Hamb. art. 8. Leipz. St. Pr. W. R. O. sub. tit. de participat. ex Erario fol. 2.* alibi una tantum vice semel pro semper, quod in fisci viduarum, quos supra in §. II. non ordinarios nominavimus, ut *Chemnitz. Weissenfels. Freyberg. Zwickau. Pien. W. R.* contingit, alibi nulla certa portio, sed tantum usuræ & redditus ex fisci bonis provenientes

tes

res distribuuntur, ita, ut viduarum numerus earum portionem debitam mox minuatur, mox augeatur, v. **Leipzig Land-Pr. W. R. D. c. 3. leg. 3.** Alibi aliter fit distributio.

§. LIV. Non possumus tamen non, quin h. l. de viduis, quæ memoratæ distributionis sive subsidii fisci vidualis sunt incapaces & indignæ, quædam subnectamus. *Incapaces vero atque indignæ sunt I. Omnes viduæ, quæ jura viduitatis amiserunt*, veluti quæ (1.) ad secunda vota transierunt *l. 22. §. 1. ff. ad munic. Nov. 22. c. 36. v. Magdeb. art. 12. sq. Mannsfeld. c. 3. art. 10. Hamburg. art. 10. W. R. D. (2.) fisci vidualibus renunciarunt, a. l. 29. C. de pact. (3.) impudice ac libidinosè vivunt a. c. 8. X. d. convers. conjugat. l. 7. C. de revoc. donat. conf. Dn. S. Stryk. disp. de Jure viduæ nobil. Marchiæ c. 1. n. 36. sq. Francof. A. 1679. hab. Geister. disp. d. privileg. viduar. §. 42. hic Lipsiæ A. 1675. j. Excellent. Dn. A. C. Plag Disp. inaug. de Jure viduæ nobilis Saxonie c. 1. n. 100. sq. Francof. A. 1681. hab. Chemnitz. art. 12. Born. c. 4. leg. 1. Mannsfeld. c. 3. art. 4. W. R. D. II. quæ per Ordinationes fisci vidualis ab hoc beneficio arcentur, quo referri possunt. (1.) viduæ, quarum mariti nihil in fiscum constitutum contribuerunt, v. **Altenb. Super. W. R. D. art. 2. (2.)** viduæ, quarum mariti fuerunt ab officio suo e. g. pastoratus, remoti, v. **Leipz. Land-Pr. c. 3. leg. 6. Altenb. Pr. c. 4. art. 11. W. R. D. (3.)** viduæ, quarum mariti olim fisci vidualis membra atrox delictum, veluti adulterium, crimen Majestatis, apostasiæ &c. commiserunt, v. **Altenburg. Pr. W. R. D. c. 4. art. 12.** His tamen duobus casibus æquitatis ratio quam maxime commendat, ut viduis, quæ delictorum a marito perpetratorum non sunt participes, vitæ non vituperandæ, quarumque mariti non parum in fiscum contribuerunt, vel totum beneficium, vel certa portio semel pro semper, ut ajunt, porrigatur *a. l. 2. C. ne uxor pro marit. conf. Leipz. Land-Pr. c. 3. leg. 6. Altenb. Super. art. 17. W. R. D. (4.)* viduæ, qua-*

quarum mariti fisco, in quem semel recepti fuerunt, iterum renunciarunt, vel expresse vel tacite, e.g. quando ex eo loco, in quo fiscus est, in alium discesserunt, nullumque mandatarium qui præstanda fisco præstet, constituerunt, v. **Mannsfeld. W. R. D. c. 1. art. 7.** (5.) viduæ, quæ reæ sunt atrocis criminis v. g. Majestatis, perduellionis, apostasiæ &c. v. **Leipz. Pf. W. R. D. c. 3. leg. 7.**

§. LV. In ipsi hujus beneficii viduis competentis *exsolutione*, sicuti in omnibus expensis, administratores exigant *apocham*, s. *quittantiam*, eime *Quittung* / quæ contineat (1.) summam acceptam, (2.) causam sc. ex qua fisci vidualis lege a. c. 14. X. d. *fid. instrum.* (3.) Subscriptionem viduæ, & si in Saxoniam versentur, curatoris viduæ vel ad omnia negotia constituti, vel in specie ad hunc actum confirmati & approbati, v. **Born. c. 5. leg. 4. Mannsfeld. c. 2. art. 6. Altenburg. Super. art. 16. it. Pr. c. 5. Pirn. art. 7. n. 2. W. R. D. conf. Dn. Philipp. de Querela non numer. pecun. contra apocham c. 1. ib. 8. sq. hic Lipsiæ A. 1684. hab.** (4.) Sigillationem v. Dn. J. S. Stryk. *disp. de except. defic. sigilli* §. 9. sqq. *Hale* 1702. hab. Deinde etiam attendant administratores, an viduæ olim maritus & fisci membrum omnia præstanda fisco præstiterit, an vero adhuc illi quid debeat, quo casu contra viduam utantur compensatione, v. **Born. W. R. D. c. 3. leg. 2.**

§. LVI. Restat, ut de rationibus fisorum vidualium, tum quomodo sint conficiendæ, a quibus, quando, ubi, & quibus reddendæ, tum quomodo examinandæ, quædam subjiciamus. Decantissima Dd. est regula, quæ vult, qui aliena bona administrat, ad rationes reddendas teneri, a. l. 2. l. 6. §. ff. de neg. gest. Munnoz de Escobar. de ratioc. admin. c. 3. n. 31. Ziegl. ad Cabvol. §. Landsassu n. 35. p. 92. **Naurath de Rationar. p. 12. S. C. Ursinus Disp. de Rationar. Præfectur. von Amts-Büchern c. 2. n. 118.** Ex quibus fluit, administratores fisci vidualis

alis ad rationes reddendas quoque esse obstrictos. Quando rationes sint reddendæ, ex Ordinationibus fiscoꝝ discendum, his vero deficientibus dicendum est, quod singulis annis eæ sint reddendæ, non solum, quia hoc modo fraudibus administratorum occurri, & confusio fisco perniciosissima evitari potest; sed & quia in tutoribus, *R. J. d. A. 1577. l. 32. §. 3. Part. 2. Const. Elect. II.* item in administratoribus ecclesiæ, *Reformat. Polit. de An. 1548. tit. von den Pupillen und Minderjährigen §. Und dieweil mit den Kirchen Leuten Gefällen und Gütern / Ordin. Saxon. Eccles. art. gen. 35. pr. verb. Die alles Einkommens und Ausgebens richtige Register halten / und dasselbe auch jährlich verrechnen /* quibus plus simplici vice administratores fiscoꝝ vidualium similes diximus, id ita constitutum novimus, *J. Mannsfeld. W. R. D. c. 2. art. 2. Resolut. Gravam. de. A. 1653. § 57. tit. Consistorial-Sachen grav. 15.*

§. LVII. Sicuti vero rationes tantum in loco administrationis gestæ *a. l. 1. § 2. C. ubi de ratiocin. Carpzov. l. 3. R. 33. Mev. P. 5. Dec. 299. Munnoz. de Escobar. d. Ratioc. admin. c. 7. n. 56. § 9. Decis. Elect. 36.* Ita pro diversitate fiscoꝝ vel Principi ejusve Commissario, vel omnibus fisci membris regulariter sunt reddendæ, *v. Mannsfeld. W. R. D. c. 2. art. 2.* Cuiuslibet enim membro æquale jus circa rationum redditionem competit. Quod tamen exceptionem patitur, si aliter in Ordinationibus fiscoꝝ fuerit dispositum, atque certis tantum personarum rationum examen demandatum, veluti Senioribus, Superintendententi &c. *conf. Mannsfeld. W. R. D. c. 1. quo casu illis inhærendum.*

§. LVIII. Non feliciter autem rationes reddi possunt, nisi iusto atque decenti ordine fuerint confectæ & conscriptæ. Non enim sufficit, si data acceptaque velut per rapsodiam in chartam conjiciantur, vel rationes in folle, ut ajunt, exhibean-

tur l. 82. ff. d. condit. & demon. P. Müller. diff. de Ration. in folle. Munnoz. de Escobar. de Ratioc. admin. c. 10. n. 49. sqq. Quapropter non inutile fore existimavimus, si modum conscribendi rationes h. l. brevibus ostenderimus. Ubi primo requirimus, ut adimistratores, præter Inventarium legitimum, Protocol- lum, de quo supra §. 44. actum, habeant, in quo omnia data at- que accepta diligenter consignaverint: ex quo data acceptaque separent, accepta præmittant, ac data subijciant: acceptis ad- dant distincte quid? quantum? unde, sive a quibus? quare? quan- do, sive quo anno, quo die? acceptum a. l. 4. C. d. navicul. l. 1. §. 2. ff. d. edendo, item datis adjiciant cui datum? quid? quantum? & quare? quo anno? quo die? expensum: & tandem sum- mariter, ut loquuntur, accepta dataque reperant, & quod ad- huc in fisco reliquum sit, tam in parata pecunia, quam in no- minibus singulatim annotent, Sie müssen die Ausgabe von der Einnahme abziehen/ und was überbleibet in Rest setzen. Plenius hæc ex sequenti cognoscentur exemplo:

Rechnung über den Wittwen-Kasten

zu N. N.

Don Ostern 1702. bis Ostern 1703.

geführt

von

N. N.

Einnahme.

Guld. Gr. Pf.

1. Rest voriger Rechnung/

1.) am bahren Gelde sind in Fisco blieben 0 0 0

2.) an Resten sind aussen stehen blieben. 0 0 0

Summa 0 0 0

Spe-

Specificatio iestgedachter Kasse

Wie sie ausgestanden. Was darauß einkomen. Was noch außen stehet:

Gl. Gr. Pf. Gl. Gr. Pf. Gl. Gr. Pf.

	1. in der Stadt oder bey denen Fratribus					
•	•	•	N. N. &c.	•	•	•
•	•	•	2. auf dem Lande und bey denen Extraneis	•	•	•
•	•	•	N. N. &c.	•	•	•
•	•	•	Summa	•	•	•

NB. diese beyde Summen müssen der ersten gleich seyn.

II. Zinsen von alten Capitalien

Capitalia			Zinsen
•	•	•	N.N. &c.
			Summa

III. Zinsen von neuen Capitalien			
•	•	•	N. N. &c.
			Summa

IV. Erlegte Capitalia			
N. N. &c.			
			Summa

V. Anrits - Gelder			
N. N. &c.			
			Summa

VI. Contribution - Gelder			
N. N. &c.			
			Summa

VII. Synodal - Gelder			
N. N. &c.			
			Summa

VIII. Funeral - Gelder			
N. N. &c.			
			Summa



Gl. Gr. Pf.		Gl. Gr. Pf.
IX. Straff - Gelder		
N. N. &c.	-	☐ ☐ ☐
	Summa	☐ ☐ ☐
X. Extraordinar - Gelder		
N. N. &c.	-	☐ ☐ ☐
	Summa	☐ ☐ ☐
Summarische Wiederholung vorher specificirter Einnahme.		
1. Rest voriger Rechnung	-	☐ ☐ ☐
2. Zinsen von alten Capitalien	-	☐ ☐ ☐
3. Zinsen von neuen Capitalien	-	☐ ☐ ☐
4. Erlegte Capitalia	-	☐ ☐ ☐
5. Antritts Gelder	-	☐ ☐ ☐
6. Contribution - Gelder	-	☐ ☐ ☐
7. Synodal - Gelder	-	☐ ☐ ☐
8. Funeral - Gelder	-	☐ ☐ ☐
9. Straff - Gelder	-	☐ ☐ ☐
10. Extraordinar - Gelder.	-	☐ ☐ ☐
	Summa der ganzen Einnahme	☐ ☐ ☐
Ausgabe.		
I. Neu aufgeliene Capitalia		
N. N. &c.	-	☐ ☐ ☐
II. Synodal - Gelder	Summa	☐ ☐ ☐
Zum Synodo oder Prandio Synodali ist ausgegeben re.		
III. Funeral - Gelder		
N. N. Wittbe re.	-	☐ ☐ ☐
	Summa	☐ ☐ ☐
IV. Heurige Pension oder Fahr - Gelder		
N. N. Wittbe re.	-	☐ ☐ ☐
	Summa	☐ ☐ ☐
V. Erlasene Gelder		
N. N. &c.	-	☐ ☐ ☐
	Summa	☐ ☐ ☐
		Gl.

Gl. Gr. Pf.		Gl. Gr. Pf.
VI. Extraordinar - Gelder.		
N. N. &c.	-	# # #
	Summa	# # #
Summarische Wiederholung vorher specificirter Ausgabe		
1. Neu aufgeliebene Capitalia	-	# # #
2. Synodal - Gelder	-	# # #
3. Funeral - Gelder	-	# # #
4. Heurige pension oder Jahr - Gelder	-	# # #
5. Erlasene Gelder	-	# # #
6. Extraordinar - Gelder.	-	# # #
	Summa	# # #
Wenn nun von obgesetzter =/ Guild. =/ Gr. =/ Pf. Einnahme		
diese Ausgabe =/ Guild. =/ Gr. =/ Pf. abgezogen wird		
bleiben zuberechnen =/ Guild. =/ Gr. =/ Pf.		
Diese werden berechnet		
1. Mit bahren Gelde/ so im Fisco blieben		# # #
2. Mit hernach specificirten Resten		# # #
darzu gesetzt die oben specificirte alte u. neue Capitalien =		
	Summa des ganzen Vermögens	# # #
Specificatio isgedachter Reste		
N. N. soll. zc.	-	# # #
	Summa	# # #
darzu gesetzt die vorgedachte Wahrschafft		
	Rest dieser Rechnung	# # #

Wobey zu gedencfen/ daß bey einem iedem capite, so wohl in der Einnahme als Ausgabe / der dies solutionis zu melden/ und da die Solutio nicht wirklich in der Einnahme erfolgt / daß solches mit einem R. bemercket / und hernach in der letzten specification der Reste eingebracht werde. Ingleichen kan auch bey einem ieden capite gedacht werden/ ob die Summa nach der vorigen Rechnung steigt oder fällt. Sonderlich muß auch bey dem

Ausleyhen der Capitalien gedacht werden/ mit was für Versiche-
rung/ und wie lange dieselbe außgeliehen worden/ bey den Straff-
Geldern aber/ was für eine Straffe es sey/ und ex qua lege: Al-
so auch bey andern Ausgaben der Beläge/ oder Quittungen. An
etlichen Orten wird auch bey Schließung der Rechnung das Inven-
tarium des Fisci mit angeheftet.

§. LIX. Pergimus ad examen rationum. Ubi necesse
est, ut Inventarium, quod caput atque fundamentum est om-
nium rationum, Heeser. d. Ration. redd. loc. 6. n. 2. Munoz
de Escobar. d. Ratioc. admin. c. 9. n. 2. Carpzov. Decis. 74. n. 2. & 4.
ab administratoribus ante omnia exhibeatur, ejusque fides ab
examinatoribus non superficialiter, sed accurate investigetur.
Hoc facto ad ipsum rationum examen est progrediendum,
quod ita ab examinatoribus suscipiendum, ut rationes omni-
perlegant diligentia: datorum acceptorumque latera hinc in-
de calculent: defectus, si qui sint, annotent, administratori-
bus ad justificandum communicent: apochas ratione expen-
sarum exigant: inquirant, an expensæ fuerint necessariae, an u-
tiles, an voluptuariae: necessariae & utiles tantum admittant,
voluptuarias vero fisco ab administratoribus restitui jubeant,
d. l. 27. ff. d. neg. gest. v. Mov. P. 6. Dec. 187. Porro inquirant, an
distributiones viduis rite juxta Ordinationes fisci fuerint factæ:
an fisci nomina, si quæ habeant, sint adhuc idonea, an inidonea
& inexigibilia: an deteriora fuerint facta tempore administra-
tionis, an ante illud: priori enim casu nominum periculum ad-
ministratores ferre tenentur, licet non posteriori: conferant
quoque librum rationis cum Protoçollo, videantque, an ambo
concordent in facto, serie & substantia formali: & tandem,
ut multa paucis complectar, attendant, an administratores om-
ni data occasione, diligentis & cordati patrisfamilias officii-
um tam intuitu acceptorum, quam datorum & expensarum
observaverint, nec non fisci commodum atque conservatio-
nem ante oculos semper habuerint; an vero dolose & perfide
circa

circa res fisci versati fuerint, v. *Resol. Gravum, de A. 1653. § 57. tit. Consistorial-Sachen gr. 15.* quo casu damnum, quod in fiscum exinde redundat, restituendum mandent examinatores, atque administratores gravioribus accidentibus circumstantiis, legitimis a Magistratu competente pœnis, nisi ipsi hac potestate gaudeant, subijci petant, nec non a juribus & privilegiis fisci imposterum excludant, v. *Mannsfeld. W. R. D. c. 2. art. 4.*

§. LX Sed non incongrue h. l. quæritur: *An salarium administratorum fisci jure petere possint, illudque inter expensas fisci sit tolerandum?* Et quod hanc quæstionem concernit, eam negamus atque pernegamus, si administratores sunt temporarii, & omnia fisci membra huic muneri obnoxia, v. *Swickau. W. R. D. art. 13.* Aliud dicendum, quando perpetui constituti sunt administratores, quo casu æquitas jubet, ut illis annuatim certum salarium sive honorarium, licet modicum statuatur, atque inter expensas toleretur, vel ex hac solatione, quod reliqua membra ab hoc onere sint immunia, omnia vero sicut respectu commodorum ita & intuitu incommodorum æqualia a. l. 10. ff. d. R. 7. Taceo sæpius extra locum domicilii administrationem gerendam atque itinera suscipienda esse: Taceo non parum temporis in conficiendis rationibus consumi: Taceo lubens alia incommoda, quæ ex administratione resultant. Quid itaque æquius, quam ut administratorum labor, omnibus membris profuturus, modico quodam salario seu honorario compensetur? vid. *Born. c. 5. leg. 1. Altenb. Pr. c. 2. art. 5. W. R. D. conf. Munnoz. de Escobar. de ratioc. c. 27. Menck. disp. de Salaris tutorum & curatorum th. 9. sq. hic Lipsia A. 1694. bab.*

§. LXI. Si igitur omnia, quæ hucusque dicta sunt, rite adverterantur, nullum est dubium, quin reliqua, si quæ adsint, sese sint proditura, quæ ab administratoribus mox sunt solvenda. In hoc enim ultimum quasi administratorum officium consistit, ut residuum restituant a. l. 82. ff. d. condit. & dem. Carpz. Jpr. Conf. 62.

l. 2. d. 316. n. 7. sq. & quidem cum usuris ob moram *a. l. 32. §. 2. ff. d. usur.* aut versionem in proprios usus *a. l. 38. ff. d. neg. gest.* aut fisci pecuniam sub usuris non elocata, quum administratores eam elocare potuerint & debuerint *a. l. 7. §. 11. ff. d. admin. tut.*

§. LXII. Rationibus enumerato modo redditis, cauti sint administratores, ne rationes redditæ iterum evertantur, repe- tantur & retractentur. Quamobrem primum defectus anno- tatos justificent suppleantve, errores calculi emendent, residu- um restituant, aut de eo restituendo caveant, & deinde à fisco aut ab iis, quibus cura examinandarum rationum incumbit, subscriptionem rationum, nec non majoris securitatis ergo, so- lennem apocham, quæ de fideli administratione testetur, & si fieri possit, finalem confirmationem expetant, *conf. Carpz. Ipr. cons. l. 2. def. 317. n. 1.* Hæc autem, quæ modo diximus, non ita in- tellecta volumus, ac si apocha liberatoria subscriptioque ratio- num firmum semper atque sufficiens esset remedium, quod om- nem rationum, quocunque modo redditarum, repetitionem impediret. Neutiquam. Contrarium enim statim demon- strabimus. Sic exceptio nondum sufficienter redditarum ra- tionum rationes semel calculatas & subscriptas evertit. Hæc ex- ceptio toties urgeri potest, quoties rationes aut secundum mo- dum supra in §. 58. delineatum similemve non redditæ, aut in folle, ut ajunt, exhibitæ fuerint, dum scilicet data acceptaque sunt confuse sine expressa causa in libro rationum consignata, *v. P. Müller. c. disp. de ratioc. in folle.* Exceptio quoque doli post red- ditionem rationum comperti, item exceptio erroris probata ra- tiones calculatas subscriptasque evertere valet *a. l. 1. §. 1. 12. ff. d. dol. mal. l. un. C. d. errore calculi, conf. Dn. S. Stryk. de Jure Prin- cip. circarat. civit. cap. 6. nisi de errore calculi transactum, vel res judicata impetrata fuerit, quam cautelam omnibus admi- nistratores commendant Imp. Diocletianus & Maximianus in d. l. un. conf. Munnoz. de Escobar. de Ratioc. admin. c. 41. n. 7. sq. §. n. 31. Zaunschliff. disp. de transact. nocturna sect. 2. §. 2.*

Ma

Magnif. Dn. Svendend. ad Fib. Proceff. p. m. 382, & 384. Excellent.
Dn. Rivinus Specim. except. forenf. c. 43. Dn. Zipffel. **Kauff-**
manns-Complement. verb. erroris calculi. p. 442.

§. LXIII. Reliquum est, ut jura & privilegia Fiscis viduarum competentia paucis delibemus. Et quod ea concernit, ni fallor, hanc generalem formare regulam possumus: *Quaecunque jura & privilegia Collegiis licitis, pupillis, minoribus, Ecclesiis, Hospitalibus, Orphanotrophiis, & ut paucis multa complectar, omnibus piis causis competunt, iis quoque Fisci viduarum uti non prohibentur, a. l. 35. C. d. Episc. & cleric. c. 13. de elect. in 6to.* addimus tamen hanc limitationem, nisi diversitatis ratio, quæ inter Fiscum viduarum & alia pia loca intercedit, doceri queat, a. l. 32. ff. ad L. Aquil. conf. Munnoz. de Escobar de Ratioc. admin. c. 15. n. 35. j. n. 33. sq. Elegantissimum quidem tractatum de privilegiis piarum causarum Andreas Tiraquellus, in Gallia quondam Jctus celeberrimus, jam dudum erudito orbi communicavit, qui in ejus operibus *Frankfurti A. 1597.* ultima conjunctim vice editis in *Tomo V.* continetur, ad quem B. L. ut viri illius incomparabilis ductu, privilegia, summa ibi industria annotata, ad Fiscos viduarum necessitate svadente casuque obviente applicet atque transferat, brevitatis studio remittere possemus: At enim vero, quum partim dictus tractatus in paucorum versetur manibus, (spes tamen nobis in catalogo librorum universali præteritis modo nundinis vernalibus hic Lipsiæ publicato facta fuit, fore, ut brevi post de novo iterum lucem sit visurus) partim quoque non pauca privilegia, piis locis propria, in eo doctissimus Autor omiserit, potiora h. l. attingere, nostri officii esse existimamus Inter ea referimus, quod Fiscis viduarum comperat (1.) tacita hypotheca in bonis suorum administratorum a. l. 20. C. d. admin. tut. Ord. Proc. Sax. Tit. 45. §. un-
ter andern it. so seynd / ex tempore susceptæ administrationis,
d. Ord. §. ob auch wohl j. l. i. §. 1. ff. si mens. fals. mod. l. 13. ff. d. LL.
II. f. 24. §. 2. vid. Carpz. P. 1. C. 28. d. 156. Schilter. ad ff. Exerc. 33.
G §. 28.

§. 28. Philipp. ad d. Ord. Obs. 1. n. 3. sq. Martin. ad d. Ord. §. 3. n. 7. sq. (2.) dominium & rei vindicatio respectu earum rerum, quæ pecunia Fisci vidualis ab administratoribus ejusdem fuerunt emtæ a, l. 2. ff. *quand. ex fact. tut.* secundum Hartm. Pistor. P. 1. qv. 7. n. 12. sqq. Rodriguez d. *concurf. cred. P. 1. art. 5. Brunnem. ad l. 6. C. d. R. V. n. 6. it. J. Eccles. l. 2, c. 15. §. 1. j. in. Dn. S. Stryk. ad Brunnem. Proc. de Concurf. credit. ad c. 5. §. 6. verb. pecunia empta p. m. 70. sq. (3.) Quod Fisci viduarum exigere possint usuras, etiamsi alterum tantum egrediantur, nec solutas forti imputare teneantur, vid. Carpz. *Afylum gener. debit. cap. 1. pos. 27. n. 311. — 321. Christ. ab Hagen de usur. usurar. cap. 5. n. 295. Finckelth. Obs. 40. n. 25. Philipp. ad Dec. El. 29. Obs. 3. (4.) Quod usuras una cum sorte in concursu creditorum, licet posteriores creditores nihil consequantur, suo jure postulare queant, easque nanciscantur tam de Jure Civili l. 18 ff. *qui potiorin pignore* quam Saxonico Communi & Electorali a. Dec. El. 8. conf. Philipp. ad d. Dec. Obs. 5. & 8. (5) Quod usuras usurarum a suis administratoribus respectu pecuniæ fisci in utilitatem propriam versæ, vel non elocata, si occasio elocandi eam adfuerit, exigere possint, conf. *Accurs. ad l. 28. C. d. usur.* Carpz. *Afyl. gener. debit. pos. 39. P. Müller. ad Struv. Ex. 27. ad th. 51. lit. (γ) Dn. Menck. Diss. de tutor. & curat. ad usur. ex suo debit. usur. oblig. th. 35. (6.) Quod Fisci viduarum exigentibus debitum suum a debitore, qui literas moratorias, einen eisernen Brieff impetravit, exceptio induciarum moratoriarum cum effectu opponi nequeat, conf. Nicol. de Passerib. de *Scriptur. privo. lib. 3. qu. 1 n. 65. Manz. in Patrocin. debit. Decad. 4. qv. 9. n. 67. Menoch. Arbitr. judic. quæst. lib. 2. cas. 203. n. 20. Carpz. Afyl. gener. debit. pos. 62. n. 49. sq. Ziegl. d. Jur. Majest. l. 1. cap. 48. th. 16. n. 1. P. Müller. disp. de pecun. pupill. th. 53. Dn. Zipffel Kauffmanns-Complement. p. 456. it. Jüdische Handels-Br. Schedar. p. 738. n. 4. Dn. Rivinus Specim. except. forens. cap. 37. n. 5. (7.) Quod Læsi restituantur in integrum, conf. Sport. Oad. d. restit. in integrum q. 3. n. 27. Tira-****

27. *Tiraqu. c. l. priv. 138. Lauterb. Concl. forens. Ex. 12. th. ult. Linck. ad Decret. l. 1. tit. 41. §. 2. Petr. Müller. ad Struv. tit. d. minor. 25. ann. ad th. 6. lit. (γ) not. 1. Dn. Stryk. ad Brunnem. J. Eccles. l. 2. cap. 14. ad §. 7. p. 535. Dn. R. Vinus c. l. cap. 11. n. 7. (8.) Quod tertius Fiscis vidualibus stipulari & donare possit, eaque stipulatio ac donatio subsistat, licet a parte Fisci nondū acceptatio intervenerit, conf. C. T. Ferbers disp. inaug. de Stipulat. tertio facta th. 32. hic Lipsie A. 1688. hab. Dn. S. Stryk. disp. de Jure ex alterius persona permissio citra success. vel cess. c. 6. n. 43. sqq. Francof. A. 1683. hab. id. ad Brunn. J. Eccles. l. 2. c. 15. ad §. 25. Tiraqu. c. l. priv. 115. Mantica de tac. & amb. conv. lib. 13. tit. 7. n. 18. (9.) Quod rerum Fiscis vidualibus donatarum dominium sine traditione contra l. 29. C. d. pact. ipso jure ad eos transeat a. l. 23. C. d. SS. Eccles. conf. Tiraqu. c. l. priv. 107. Linck. de Jur. templorum cap. 12. n. 18. sq. Dn. Berger. disp. de donat. Princip. th. 3. Wittenb. hab. A. 1700. (10.) Quod legatum, fideicommissum & c. Fiscis vidualibus absque solennitatibus, de Jure Civili necessariis e g. sine testibus, relictum valeat a. c. 4. X. d. testam. conf. Covarruv. ad c. 10. X. d. testam. n. 12. Tiraqu. c. l. priv. 4. sqq. Everhard de Middelburg. Top. leg. loc. a milite ad caus. 57. Reusner. de testam. P. 4. c. 12. n. 5. Richter. Dec. 28. n. 15. & 16. ubi in simili prejudicium. Ludov. Engel. Colleg. Univ. Jur. Canon. part. 2. l. 4. t. 14. n. 14. Mascard. d. probat. concl. 1177. n. 15. Brunn. cent. 2. Dec. 1. Struv. Ipr. Rom. Germ. l. 2. tit. 16. §. ult. id. S. J. C. Ex. 32. th. 23. ibique P. Müller. lit. (γ) Linck. de Jur. templ. cap. 12. n. 27. sqq. Dn. Stryk. ad Brunn. J. Eccles. l. 2. c. 12. ad §. 4. id. de caut. testam. cap. 12. per tot. ubi in simili habet prejudicia, Böhmer de Jure paroch. sect. 5. c. 1. §. 19. Dissentit ob. c. 11. X. d. testam. Carpz. P. 3. C. 4. d. 33. Mantica de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 3. num. 8. Ludov. d. ult. volunt. part. 2. c. 3. p. 348. sqq. Harvm. Pistor. P. 1. qv. 2. n. 4. Schilter. ad ff. Ex. 38. §. 119. (11.) Quod donationes Fiscis vidualibus factæ, etiam 500. aureorum summam excedentes sine insinuatione non sint invalidæ secundū Tiraqu. c. l. priv. 124. Less. d. J. & J. l. 2. c. 19. dub. 13. n. 102. Azor. Inst. Moral. P. 3. lib. 11. de donat. c.*

6. q. 7. Fagundez d. Just. & contr. l. 4. cap. 9. n. 6. Winn. ad §. 2. l. d. donat. n. 4. Anton. Fab. in C. l. 8. t. 34. d. 12. Dn. Stryk. ad Brunn. J. Eccl. l. 2. c. 15. ad §. 21. j. t. n. id. ad Laut. tit. d. donat. verb. ad alias. Contraria tamen sententia Juris Civilis dispositioni convenientior videtur a. l. 19. C. d. SS. Eccles. l. 35. §. f. C. d. donat. quæ quoq; in praxi recepta est, vid. Salicet ad l. 34. C. d. donat. Carpz. P. 2. C. 12. d. 13. Richter. vol. 2. Conf. 287. n. 18. Habn. ad Wes. tit. d. donat. n. 6. verb. nam in aliis Bachov. V. 2. D. 19. th. 6. lit. e. Bardil. Concl. Th. Pr. Ex. 15. th. 3. Struv. S. J. C. Ex. 49. th. 11. ibi P. Müller. lit. (Z) Philipp. ad Dec. El. 22. Obs. 3. n. 6. sqq. Dn. Menck. Contr. Sel. Jur. Civ. Disp. 15. th. 16. it. ad ff. tit. d. donat. p. 434. Böhmer. de Jur. Paroch. sect. 5. c. 1. §. 12. N. O. l. 34. pr. l. 36. §. 1. & 2. C. d. donat. (12.) Quod in legatis Fiscis vidualibus relictis cesset detractio Falcidiae a. l. 49. C. d. Episc. & cleric. Auth. similiter C. ad L. Falcid. Nov. 131. cap. 12. conf. Tiraqu. c. l. priv. 26. Struv. ad Anton. Matth. d. success. c. 13. a. 12. it. S. I. C. Ex. 36. th. 6. ibique P. Müller. lit. (A) Carpz. P. 3. C. 1. d. 16. Philipp. ad Dec. El. 43. Obs. 2. n. 8. Bardili de legat. ad pias caus. th. 31. Linck. d. Jur. templ. c. 12. n. 30. Dn. Stryk. de caut. testam. c. 22. membr. 3. §. 1. Dn. Menck. ad ff. tit. ad L. Falcid. p. 442. id Contr. Sel. Jur. Civ. Disp. 14. th. 6. (13.) Quod Fisci viduales litigantes processum ordinarium instituere non cogantur, conf. Carpz. Proc. art. 1. tit. 1. n. 51. Brunn. Proc. Civ. c. 1. n. 16. & 22. Martin. ad Ord. Proc. Sax. Tit. ejusque rubr. n. 13. p. m. 23. (14.) Quod a sententia pro Fisco viduali lata non admittatur appellatio sec. Scacc. d. appellat. qv. 17. limit. §. Tiraqu. c. l. priv. 153. Brunn. Proc. Civ. c. 28. n. 17. P. Müller. ad Struv. Ex. 49. th. 3. lit. (S) n. 6. (15.) Quod Creditoribus viduarum, respectu pecuniae fisci vidualis iis distribuendæ, arrestum non concedatur, es fait kein Kummer auff das Wittben Geld geleyet werden a. l. 33. l. ff. d. reb. auct. jud. possid. v. **Dreßdn.** leg. 9. **Leipz.** l. Pr. c. 3. leg. 5. **Born.** c. 3. leg. 2. **Pirn.** art. 7. n. 3. **Wannsfeld.** c. 3. art. 12. **W. R. D.** conf. Carpz. Proc. Tit. 21. art. 2. n. 35. sqq. **Mev. d. Arrest.** cap. 9. n. 54. **Berl. P.** 1. concl. 74. n. 43. **Martini ad Ordinat. Process.** Sax. Tit. 51. ad §. wenn aber n. 17. /q. nisi vidua ipsa consentiant a. l.

a. l. 29. C. d. pact. **Chemnitz.** art. 11. **Altenburg.** super. art. 11. **W. R. D.** (16.) Quod certo & proprio sigillo uti possint a. c. 48. X. d. appellat. conf. Dn. Philipp disp. de Colleg. opific. t. b. 32. hic Lips. A. 1680. hab.

§. LXIV. Non tamen Fisci viduarum potestatem habent capiendi (1.) bona membri fisci, qui sine hærede decedit, nisi specialem Principis concessionem aliudve privilegium docere queant. a. l. 4. C. d. bon. vacant. conf. Salicet. ad l. 1. C. d. her. De- cur. n. 1. Dn. Stryk. de success. ab intest. Diss. 5. c. 1. §. 38. Dn. Coccej. disput. de bonis vacant. Francofurt. A. 1683. hab. Nechabent (2.) tacitam hypothecam in bonis debitorum suorum, ne quidem de Jure Saxonico Electorali, sed tantum privilegium persona- le, vid. Ord. Proc. Sax. Tit. 49. vers. alles was zu milden Sa- chen gehörig / Part. 1. Const. Elect. 28. §. ferner sollen nach denen vers. alles was zu milden Sachen gehörig. Ord. Jud. Magdeb. cap. 49. class. 4. §. der gleichen privilegien vers. alle andere pie cause Ord. Proc. Sup. Lusat. Part. 1. tit. 24. class. 4. §. 1. vers. des gleichen alles was zu milden Sa- chen gehörig conf. Ziegl. ad d. Ord. Proc. Sax. Tit. 49. verb. zu milden Sachen p. m. 298. Martini ad d. Ord. vers. alles was zu milden Sachen n. 8. (3.) Non possunt plus quam quinq; thal. flor pro centum loco usurarum à debitoribus suis exige- re sec. Rescript. Elect. Saxon. ad Consistorium Lipsiense de dato **Dresden den 20. Sept. 1671.** quod integrum refert Dn. Zipf- fel. tr. von Wechselbrieffen p. 590. sq. vid. id. c. l. p. 636. sq. j. Mandatum Reg. & Elect. Sax. d. d. 12. Jul. An. 1702.

§. LXV. Coronidis loco admonemus, ad Fiscos vidua- rum ut plurimum pupillos quoque referri, atque ex iis suam accipere portionem. In genere autem de pupillis illud annotari meretur, eos, nisi in Ordinationibus Fiscorū vidualium expresse fuerint nominati, non admitti, sicuti in Fisco viduali Ham- burgensi der 75. dicto id moris est. Nullibi enim in Jure nostro oc- currit, pupillos sub nomine viduarum comprehendi. Sine le-

ge itaque loqui erubescimus. *N. 18. c. 5.* Eo vero in casu, quando pupillos admitti constat, sedulo Ordinationes sunt inspicienda. Sicuti enim hoc unice ab eorum, qui Fiscos viduarum constituunt, voluntate & arbitrio dependet: Ita & Ordinationes eorundem nullibi, quod hoc punctum concernit, concordēs deprehendimus. Sicalibi pupilli cum matre vel vidua semper concurrunt, alibi eo tantum casu, quando mater deficit, admittuntur, *conf. Leipz. L. Pr. c. 3. leg. 3. Weiffensfels c. 3. art. 1. W. R. D.* Alibi omnes pupilli percipiunt, sive sint minores sive majores sive divites sive pauperes, sive nuptias celebraverint sive non, *conf. Dresdn. art. 7. Pirn. art. 6. W. R. D.* Alibi tantum ex Fisco viduarum percipiunt tamdiu pupilli, donec 14. vel 16. vel 18. ætatis annum compleverint, aut matrimonium inierint v. *Mannsfeld. c. 3. art. 5. Magdeburg. art. 11. & 14. W. R. D.* Alibi annua pensio inter matrem viduam liberosque pupillos in duas æquales partes dividitur, ita ut una pars matri, altera liberis, sive sint ex uno aut diversis prognati matrimoniis, cedat, *conf. Born. W. R. D. c. 3. art. 4.* Alibi si uno plures pupilli adsint vel ex primo vel ex secundo matrimonio progeniti, tertia pars pensionis annue matri assignatur, in duas reliquas vero partes pupilli conjunctim concurrunt, atque tot partes ex istis duabus iterum constituuntur, quot sunt capita relicta, *conf. Dresdn. art. 7. Altenb. Sup. art. 9. Altenb. Pr. c. 4. art. 6. Pirn. art. 3. n. 4. j. art. 5. W. R. D.* Alibi habetur respectus pupillorum, an sint ex uno an diversis matrimoniis nati: Priori casu mater unam, alteram pupilli capiunt portionem: Posteriori vero casu tota pensio in tres dividitur partes, si scilicet pupilli ex primo & secundo matrimonio geniti adsint, quarum unam vidua, alteram pupilli ex primo, tertiam pupilli ex secundo matrimonio in lucem editi lucrantur; In quatuor vero partes scinditur pensio, quando liberi ex primo, secundo & tertio matrimonio nati relicti fuerint, quo ca-

su

su unam portionem mater, unam pupilli ex primo, unam ex secundo, unam ex tertio matrimonio nanciscuntur, *conf. Chemnitz. W. R. D. art. 4.*

§. LXVI. Hæc itaque sunt, L. B. quæ de Fiscis viduarum pro ingenii modulo conscribere licuit. Plura quidem facili negotio addi potuissent; verum, quum nos partim limites disputationis tenere, partim brevitatis studio in generalibus, ex quibus specialia suam capiunt decisionem, subsistere maluerimus, his contentus eris. Si quosdam errores, a quibus nemo est immunis, in perlegenda hac dissertatione animadverteris, cogites quæso, facilius esse iter stratum sequi, quam glaciem primum frangere. Interim tibi Deus, summe viduarum Judex & orphanorum tutor, pro præstita in hoc instituto gratia immortales grates exsolvo.

Syllabus Ordinationum Fiscalium in hac Dissertatione allegatarum.

Altenb. Super. 1.) Altenburg. Superintendenten Fiscus, de dato Altenburg den 30. Augusti An. 1701. confirmirt in dem Fürstl. Consistorio daselbst den 20. April. An. 1702.

Altenb. St. Pr. 2.) Altenburg. Stadt. Priester. Wittben. Kasten/ de dato Altenburg den 8. April. An. 1670. confirmirt in dem Fürstl. Consistorio daselbst den 21. Decembr. An. 1671.

Altenb. Pr. 3.) Altenburg. Priester, Fiscus, de dato Altenburg den 6. Novembr. An. 1695. confirmirt in dem Fürstl. Consistorio daselbst den 28. Novembr. An. 1699.

Borna. W. R. D. 4.) Der Churf. Superintendent von Borna Priesterl. Dehlkrüglein/ de dato Borna den 22. Junii. An. 1666. confirmirt in dem Eur- und Fürstl. Sächs. Consistorio zu Leipzig den 11. May An. 1670.

Chemnitz. 5.) Chemnitzer Priester, Fiscus, de dato Chemnitz den W. R. D. An. 1694.

Dresdn. W. R. D. 6.) Dresdner Priester, Fiscus, de dato Dresden den 29. Julii An. 1678.

Freyberg. W. R. D. 7.) Freyberger Priester, Fiscus de Anno 1700.

Ham-

Hamburg. W. R. O. 8.) Angenommene Articul der Wittben. Cassa, genannt die beliebte Vorsoorge der Sänff- und Siebenziger/ de dato Hamburg den 19. April. An. 1700.

Leipz. St. Pr. 9.) Leipziger Stadt- Priester- Wittben- Kasten auffge-
W. R. O. richtet den 27. Julii An. 1618.

Leipz. Pf. it. L 10.) Satzungen bey dem Pfarr- Wittben- Kasten E. Ehrwürdigen Ministerii in der Stadt Leipzig und beyden zugehörigen / Sauchischen und Köthauischen Creyssen auff dem Lande/ de dato den 19. April. An. 1688. confirmirt in dem Chur- und Fürst. Consistorio zu Leipzig den 4. Julii An. 1688.

Magdeburg. it. 11.) Magdeburg. Recess über der von E. Ehrwürdigen
W. R. O. Ministerio daselbst auffgerichteten Wittben- Cassa, de dato Magdeb. den 15. Martii A. 1686. confirmirt zu Halla in dem Consistorio daselbst. den 19. Augusti An. 1686.

Mannsfeld. 12.) Wittben- und Waisen- Kasten der Geistlichen in der
W. R. O. Graffschafft Mannsfeld/ de dato den 10. Novembr. An. 1686. confirmirt von Johann Georg/ Grafen zu Mannsfeld de dato Hauff Pirtern den 14. Jun. An. 1687.

Pirn. W. R. O. 13.) Foundation der Wittben- und Waisen- Steuer in der Churf. Superintendur Pirna/ auffgerichtet den 13. Octobr. An. 1657. confirmirt in dem Ober. Consistorio zu Dresden den 14. Decembr. An. 1660.

Weissenfels. 14.) Weissenfelsischer Priester. Fiscus, de dato den 3. Decembr. An. 1653. confirmirt in dem Churf. Sächs. Ober. Consistorio zu Dresden den 9. Jan. An. 1654.

Zwickau. 15.) Wittben- Steuer guter vertrauter Freynde in der Zwischischen Priesterschaft/ auffgerichtet An. 1696. confirmirt in dem Ober. Consistorio zu Dresden. den 11. Jan. An. 1697.

NB. In relectione §. 43. deprehendi, quod error forte obrepserit, dum exemplum ex ordinatione Fisci Pirn. serius paulo mihi transmissa, non ad administratorum, sed tutorum & curatorum confirmationem spectat. Reliqua sphaemata typographica, qualia sunt p. 5 lin. 7. Aß. IV. pro Aß. VI. p. 7. lin. 30. fiscus pro fiscus p. 15. lin. 31. incurri pro incurrit p. 27. lin. 2. esse pro esset. L. B. pro sua humanitate queso corrigat.

00 A 6400

vd 18

ULB Halle


002 927 926

3



VD 17





8
7
6
5
4
3
2
1
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
Inches
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

2
7!
DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS
DE
FISCIS
VIDUARUM
Von

Wittben-Rasten/

Q V A M
EX DECRETO ET AUTORITATE ILLUSTRIS
I CTORUM ORDINIS
IN ACADEMIA LIPSIENSI
P R O
L I C E N T I A

SUMMOS IN JURE HONORES AC PRIVILEGIA
OBTINENDI

d. Jun. Anno MDCCIII.

IN AUDITORIO I CTORUM

H. L. Q. C.

publice eruditorum disquisitioni subicit

GOTTLIEB AVGVSTVS
JENICHEN,

LIPSIENSIS.

L I P S I Æ ,

Literis JOH. CHRISTOPH. BRANDENBURGERI.